HIPPOCRATIS COI DE MORBIS LIBRI quatuor. Georgio Pylandro Zuiccauienſi Germano interprete.

Emendatis ac reſtitutis quamplurimis locis, tam in Aldina quam in Germanica impreſſione Græca deprauatis, ex collatione peruetuſti manu ſcripti voluminis.

In eoſdem quatuor libros præfatio & argumentum ad candidum lectorem, eodem Georgio Pylandro authore.



PARISIIS.
Væneunt exemplaria Chriſtiano Wechelo ſub ſcuto Baſilienſi in vico Iacobæo: & ſub Pegaſo in vico Bellouacenſi.
An. M. D. XL.

(2

ILLVSTRISSIMO AC POTENTISSIMO

Principi ac Domino, D. Ioanni Friderico Saxoniæ duci, ſacri Romani imperii Principi Electori ac Archimarſcalco, Lādgrauio Thuringiæ, Marchioni Miſniæ, Burggrauio Magdeburgenſi, domino ſuo clementiſsimo, Georgius Pylander Zuiccauienſis S. D.

SE. P. Q. Athenienſium ſenatus conſulto decreuit, vt Hippocrates Cous ciuitate donaretur, omnibusq; Coorū pueris Athenis puerilem ętatem agere & inſtitui liceret, cum ipſorum patria talem virum produxiſſet: ipſi tandem mortuo ſacra maxima exhiberentur, propterea quod proſperam cum ſalute valetudinem, omnibus Græciam inhabitantibus, cum alias ſemper, tum vero maximè, cum ex vicinis populis peſtis Græcię immineret, ſingulari ingenio atq; induſtria conſerua-

ſeruarat. Quin & omnis veneranda antiquitas, diuinis eum ac ſempiternis honoribus dignum iudicauit, partim quod viuus multas etiam barbaras nationes à peſte ingruente liberarat, tantũ admonendo legatos ad ſe miſſos, quos ſingulæ nationes ventos vitare deberent, partim quod ipſe primus plurima volumina de re medica ſine inuidia conſcripta, poſt mortem ſuam poſteritati communicarat, cupiens videlicet quamplurimos eſſe qui humanum genus, ſanum & incolume conſeruarent atq; à morbis liberarent. Eudem honorem ex illo tempore in hodiernum vſque diem, omnes qui de bona hominum valetudine & vita vel ſcripſerunt vel cogitarunt. Hippocrati habuerunt, alii enim eum principem Medicorum, alii antiquum parentem nominant, & reuera nihil eſt in tota arte Medica, quod non ex Hippocrate tanquam ex limpidiſsimo ac dulciſsimo fonte ſcaturiat. Me certe eius lectio ita capit atque delectat, non propter verborum aut ſententiarum (quæ ab ipſo petenda non ſunt) elegantiam, ſed propter rerum quas tractat pondus & veritatem,

vt ni-

vt nihil à quouis vel Philoſopho vel Medico vnquam dictum ſcriptúmue exiſtimé, quod perinde ex primis illis quatuor elementis ſeu principiis phyſicis, fundamentum & rationem ducat, atque omnia illa ſcripta & dicta Hippocratis, quæ nobis amore non varietatis ſed veritatis reliquit. Ac propterea cum iã ante ſex fere menſes exercitii cauſa quatuor eius libros de morbis verterem, forte id reſciuerunt quidam in re Medica docti viri, qui cum me ad æditionem hortarentur, egóque imbecillitatis ingenii mei mihi conſcius, hęc non ita ornata atq; expolita eſſe dicerem, vt in publicum prodire auderent, impetrarunt tandem quod cupiebant eo prætextu, quod cum nullus ſit liber tam malus, quin ex eo aliquid boni poſsit colligi, & nullus econtra tam bonus, quin in calumniatorum manus incidat, ego quoque ſubruſticum pudorem reieci & doctorum virorum voluntati obtemperaui, non ignorans multa in prima ſaltem iſta æditione eſſe ſcripta, quæ à viris doctis & fortaſsis à me ipſo cum tempore caſtigabuntur. Ita enim exiſtimo, nullum

nullum eſſe etiam ex doctiſsimis viris, quin cum primum aliquid ſcribit vel componit, multa ita ſcribat atq; componat, quæ cū tēpore ipſe improbat atq; emendat. Sunt enim πορρωτέραι φροντίδες σοφωτέραι. Id quod in Hippocratis ſcriptis vertendis minimè mirū eſt, cū vel vnicus & quidē ſummus poſt Hippocratem Medicus Galenus, qui hoc vnum ſtuduit vt in Hippocratem commentaria ſcriberet, in exponendo eius ſententiam non tantum ſæpiſsimè hæreat ac dubitet, ſed plane ſe ſententiam in aliquibus locis Hippocratis non aſſequi poſſe fateatur. Quapropter viri docti facilius mihi veniam dabunt, cum hæc quaſi prima ſit verſionis Hippocratis delineatio, egoq; mecum benè agi putabo, ſi viri docti intellexerint, me lectione Hippocratis ſaltem delectari & affici, quod ſi qui hæc quæ ego incepi melius præſtare voluerint, gratiā à me impetrabunt, ſi id candido animo fecerint. Etſi vero Illuſtriſsime Princeps cōpertum exploratumq; habeam, quod non tantū in ampliſsima ac generoſiſsima illa Germania (vbi tua tum authoritas tum potentia pręcæteris principibus & electoribus iam olim

ſemper

ſemper valuit & nunc valet plurimum) ſed
apud omnes exteras nationes,tam auguſtum
ſit nomen tuum & maiorum tuorum, tanta
potentiæ fama, tanta fortitudinis ac magna-
nimitatis exiſtimatio, tantum deniq; iuſticiæ
ac veritatis teſtimonium, vt & ſubditi tui te
tanquam parentem ament, & alii principes
& electores imperii te ſuſpiciant ac admiren-
tur, externi tandẽ Reges tibi quam familia-
riſsimi ac coniunctiſsimi eſſe cupiant:& pro-
pterea dedicatio libellorum meorũ Celſitu-
dini nominis tui,vmbram potius quam ſplẽ-
dorem allatura ſit. Nihilominus fore ſpero
vt C. T. boni conſulat ſtudium meum vbi ra
tionem iſtius mei conſilii intellexerit.Multis
ſed male tam in Gallia quam in Italia perſua
ſum eſſe ex multorum etiam doctorum con
fabulationibus intellexi, in Germania nullũ
eſſe vſum neq; Medicinæ neq; Medicorum.
Hanc imperitam ac incertam opinionẽ non
tantum multi illuſtriſs.ac clariſs. in Germa-
nia principes qui multos doctiſs.Medicos par
tim in aulis ipſorum partim in ſcholis publi-
cis ſeu vniuerſitatibus honeſtè fouent,ſed o-
mnes qui Germaniam vel ſalutarunt tantũ-
modo,

modo, refellere poſſunt, interim illud quidē ſine dubio verum eſt, omnes tam Italos quam Gallos magis religioſe obſeruare præcepta & regulas Medicorum quam Germanos noſtros. Plures etiam in Italia & Gallia docti & periti Medici non tantum in aulis Regum & Principum ſed & in ciuitatibus opidulis villis & pagis quam in Germania reperiuntur. Habet enim chriſtianiſsimus Rex Franciȩ peritiſsimos ac doctiſsimos Medicos ſui tantū corporis curam habentes, ad minus ſexdecim, habet ſuos priuatos Medicos ſereniſsima eius Regina, priuatos etiam habent Medicos multi ampliſsimi in regno Franciæ principes Cardinales & Epiſcopi. Lutecia vrbs Pariſiorum habet ad minus Medicos quinquaginta, Lugdunum viginti. Mons peſſulanus antiquiſsima ac florētiſsima ſedes & ſchola Medicorum habet circiter decem Medicinæ doctores & profeſſores excellētes, eſt præterea nullum in Gallia oppidū quod magnitudine Zvuiccauio patriæ meæ cōferri poſſit, quin alat ſex aut octo medicos, quatuordecim ac quindecī pharmacopolas, ita oīa Medicis & pharmacopolis ſunt plena, nihilominus

nus

nus Germania etiam ſuos habet & quidẽ clariſsimos Medicos, vt enim de parte aliqua ſaltem Germaniæ, ac ſi ita videtur de illuſtriſsimorum Principum Saxoniæ ducatu tantum diſſeramus profectò inuenientur multi & quidem apud omnes exteros clari Medici, niſi non fuerint aut ſint Medici Auerbachii, Cubito, Lindeman. Georg. Agricola Næuius, Ioannes Pffeil, qui omnes etiam temporũ noſtrorum memoria in ipſa Italia propter ſcienentiam artis Medicæ clari fuerunt. Quid de conterraneo meo Cornario ſentiant omnes Itali & Galli cuiuis notum eſt, cũ ex eius ſcriptis & verſionibus quotidie hauriant. Quid dicam de Fuchſio, Otthone Brũfelſio, Ioanne Guinterio Andernaco, Ioanne Agricola Ammonio, Ioanne Vaſſeo & aliis Medicis Germanis quorum in re Medica ſcientiam ipſe nunc Galenus Dioſcorides Aetius & Paulus celebrant. Habui præterea in C. T. vniuerſitate celeberrima præceptorem Medicum D. Auguſtinum Schurff, quem ſi Lutecia ipſa aut etiam Monſpeſſulanus profeſſorem haberet, ſine dubio cum magno fructu & deſiderio propter ſingularẽ eius in docendo me-

c thodum

thodum audiretur,ſunt tandem quampluri-
mi in Germania doctores,ex quorum nume-
ro excellit D. Stephanus Wild in patria mea
Phyſicus, qui in actu vt ipſi vocant practico,
multas mirandas curas & tentauit & præſti-
tit, quæ ſi in Mõtepeſſulano aut Pariſiis acci
diſſet,admiratiõe digna ab oĩbus iudicata fu
iſſet. Ad hæc cõſideret quæſo vnuſquiſq; Me
dicinæ candidatus,cum primum hoc noſtro
ſęculo opera Gręcę linguæ peritorum,negle
ctis ac reiectis Barbaris purior Medicina re-
floreſcere cœpit,quæ natio plus induſtriæ &
laboris ad laudatiſsimum illum conatũ con-
tulerit,ſine dubio inueniẽt id,quod oẽs docti
viri etiã in Italia & Gallia lubens fatentur,
quod Germani maximam partem præſtite-
runt.Hæc ideo ſcripſi potentis. Princeps, vt
magis clarum exiſtat,Germaniam merito ſi-
bi hoc noſtro ſęculo iſtam vendicare laudẽ,
quod ſicut omnium linguarum ſynceræ phi-
loſophiæ , ac facultatum omnium,ita etiam
Medicinę peritiſsimis viris floreat ac quaſi a-
bundet.Quamuis hoc ſit veriſsimum,optã-
dum eſſe Germanis omnibus,vt dum proſpe
ra vtuntur valetudine diligentiorem valetu-

dinis rationem haberent, & dum ægrotant magis eſſent Medicis obtemperantes: qua quidem in re ne latum quod agunt digitum Itali & Galli à Medicorum præceptis diſcedunt, idem ſi facerent Germani noſtri, omnes alias nationes tempore belli & pacis prudentia & fortitudine tam animi quam corporis facile excellerent. ſunt enim naturaliter aliis nationibus Germani magis proſpera valetudine præditi, & plærunq; bonam corporis temperaturam ſequuntur bonæ operationes animi & meliores mores, & exiſtimo Principũ munus eſſe non tantum tranquillitati reip. ſed etiam bonæ valetudini ſuorum proſpicere, cũ neq; fortitudo vlla vel animi vel corporis qua pax conſeruatur & bella arcentur conſiſtere poſsit, in corporibus diſtemperatis. Qua in re C. T. ſi quis alius Principum & Electorum præcipue incumbit, vt tum alios viros doctos ita etiam bonos Medicos ſicut habet, habeat. Ego vero clemẽtiſsime Princeps, cum & natura ipſa me parentibus quidem vitam, tibi vero tutam & ſecuram debere voluerit, & T. C. pro ſingulari clementia me iam per multos annos in ſtudiis ſumptibus adiuuerit, ita

vt merito & quod viuam & quod honeste viuam post parentes & præceptores meos nulli mortalium quam tibi debeam, etiam atq; etiam rogo vt versionem illam T.C. dicatá accipias quasi testimonium omnium studiorũ voluntatum & cogitationum mearum, quibus nihil aliud machinor & molior, quam vt C.T. & patriæ obsequi & inseruire possim. Deus opt. max. diu conseruet saluam & incolumem C.T. ad nominis sui gloriam & Reip. salutem. Bene valeat C.T.

Luteciæ Parisiorum Kal. Septemb. 1540.

GEORGII PY-
LANDRI GERMANI AD
Lectorem pręfatio.

Hippocrates in primo Aphoriſmorum ſcribit, vitam eſſe breuem, artem vero longam &c. Atq; vtinam hanc eius ſententiam omnes, non tantum Medicinæ ſed cuiuſcunq; profeſſionis viri ſæpe in lingua, animo & mente tenerent, ſine dubio enim opinor, quod breui omnium artium profeſſores, haberemus magis excellentes, quod quantum ex vtilitate & tranquillitate reipub. eſſet futurum, cuiuis cōiectandum relinquo. Sed vt intra limites meos conſiſtam, de aliis artificibus nihil, de ſolis Medicinæ ſtudioſis meiſq; commilitonibus differam. illis certe optarem, vt dū vitam breuē, artē vero longā cognoſcerent, magis ſe ad lectionē Hippocratis venerādę antiquitatis viri conferrent, ego enim ipſe iā olim in iſta opinione fui, vt mihi non tantum omnia

Hippocratis Ariſtotelis Galeni Auicennæ Pauli Aetii Oribaſii Auenzoaris, ſed omnia omnium tam antiquorum quam modernorum, Græca, Latina, Germanica, Gallica & Italica legenda atq; inueſtiganda proponerem, & quantum pro iuuenili ætate mea próque teneritate corpuſculi licuit, profeci quod potui, indeq; iã illud conſequutus ſum, quod ſi legere & intelligere vnum tantum authorem Galenum videlicet vellem, hoc profectò ad minus in integro decennio præſtare me non poſſe videam, etiamſi aliis omnibus & authoribus & negociis relictis huic ſolo operã darẽ. Illud enim quiuis non tantum ratione ſed etiam experientia comprobare cogitur, quod nullius authoris veram in omnibus locis ſententiam aſſequetur, niſi omnia eius ſcripta prius percurrerit: tandemq; vt rectius intelligat, iterum iterũq; relegerit, partim quod ipſi authores ſæpe lectorem admoneant, hæc in illo vel alio loco aut libro dicta & explanata fuiſſe, partim etiam vbi ipſi lectorẽ non admonent, tamen quædam non aſſequaris, niſi omnes ipſius ſcriptoris voluntates ac quaſi cogitationes mente perceperis. Iam veniant

ant qui dicunt, se totum Galenum & legisse & intelligere, cum interdum vix decem imo concedam viginti annis rei Medicæ operam nauarint, interíq; aliis artibus liberalibus, linguarum cognitioni & philosophię magna ex parte vacarint, aut etiam amicis & ęgrotis suam operam & tempus præcipuum collocarint. Quamuis itaq; absurda videbor dicere, iuuenibus præsertim Medicis, qui ita iam in Galeni verba iurarũt, vt nihil nisi Galeni vel videre, legere, audire, aut etiã sonare possint, tamen hoc ausim affirmare, quod qui aliquid in re Medica recte & vere cognoscere potius quam multa videri cognouisse malint, non possunt rem maioris pretii facere, quam vt suum studium (non neglecto interim omnino Galeno & aliis) pręcipue in lectionem Hippocratis conferant, quod quidem multo facilius ac felicius facient, qui Græcarum literarum cognitionẽ habuerint. Etsi enim in Galeno omnia & bene & copiose dicantur, tamen (vt ante dixi, antequam quis veram Galeni in libris tantum ad rem Medicam necessariis mentem cognoscat, iã decennium præterierit. sunt enim cum omnia omniũ autho-

rum

rum ſcripta ita etiam Galeni quaſi concatena ta, vt interim taceam multa in ſcriptis Galeni vbiq; legi, quę nihilominus auribus & mẽti lectoris negocium faceſſant cũ tamen ſine propoſitæ rei detrimẽto omnino omitti poſsint, & ſunt Gręci exemplaris operũ Galeni quinque volumina magna certe, ſed ſicut quidam vere dixit de Homero, quid ſi ex eius Poẽmate iſti verſus quos interdum bis aut ter repetit, deinde iſte verſiculus τὸν δ᾽ ἀπαμειβόμενος &c. eximerentur, totũ poema media ex parte diminueretur, ita etiam de Galeno quis dicere vere poſſet, ſi ea quę non tantum bis, ter quater, aut decies etiam repetuntur, ſed illa quoq; quæ pręter propoſitum admixta ſunt demerentur, profecto de quinq; illis voluminibus vix quatuor relinquerentur. Vix enim inuenies duo continua folia quin aliqua interdum tertiam partem vnius folii complectentia repetantur, idq; cum ſingulari & longa pręfatione ſemper annexa, quod etiamſi ante ſæpe & multis in locis eadem dicta ſint nihilominus propter oſcitantiam quorundam denuo aſſcribãtur. Deinde quorſum attinet in tradendis Medicinæ pręceptis commemora-

re,

re, quid olim cum coæqualibus ſuis in ſcholis luſerit, & quo pacto alios ingenio & ſpe eruditionis vicerit. Item quid refert nominare cādelas, quas noctu cum ęgrotos inuiſeret accendi iuſſerat, & multa ſimilia, quæ cum fruſtra aures lectoris obſtrependo, animum occupent, commode ab Hippocrate omittuntur. Econtra vere de Hippocrate dici poteſt nullum verbum ſine rei de qua diſſerit detrimento auferri poſſe. Sed dicat aliquis Hippocratem nimis aſtrictum in ſcribendo & quaſi ieiunum eſſe, Galenum econtra facilem, copioſum & iucundum. Ad hoc ita reſpondeo, omnia ſcripta Galeni non tantum iucunda, ſed etiam vtilia eſſe, ſed interim ſcripta Hippocratis etiam ſunt vtilia, hoc vno priuantur quod non ſint tam iucunda. Iam quęro ex te vt efficiaris bonus Medicus vtrum tibi magis ſit neceſſarium vt legas vel quæ delectent vel quæ erudiant, dices vtrunq;, idem ego dico, & idem etiam dico in Galeni ſcriptis repe riri. Sed ſi vita noſtra eſſet ducentorum aut trecentorum annorum, ego conſulerē vt non tantum Galenum & Hippocratem, ſed omnes reliquos Græcos, Arabes, Latinos, Ger-

manos,Italos, Gallos & Hiſpanos quicunq; aliquid de re Medica ſcripſerũt legeres, imo adderes etiam qui magis delectarent, Hiſtoriographos Poëtas & in primis Homerũ Heſiodum Virgilium & Ouidium, ſed cum ita ſit in humanis rebus comparatum, vt antequam decem annos aut viginti ſaltem in ſtudiis vel iucundis vel vtilibus quis conſumat, iam ſentiat vires tam animi quam corporis decreſcẽtes,optime videretur mihi rebus noſtris conſultum, vt ſi quorum vitæ genus id pateretur ac poſtularet, hi iucunda & varia ſtuderent. Quorum vero fidei ſalus interdũ reipub.interdum magnorum Regum Principum aut amicorum incumberet,hi res potius quam delectationes ſequerentur. Iá vero eſt aliud,quod delicati iſti iuuenculi Medici obiiciunt,cum dicunt Hippocratem eſſe difficilem arduum atq; obſcurum,fateor. Sed neq; Galenum neq; quemuis alium authorem primo ſtatim intuitu recte intelliges, & ea in re multum valet ſtudium & diligentia,ſed ſi vnum libellum Hippocratis bene intelligas, plus de re ipſa & vera Medicina cognoſces, quam ſi vel decem Galeni & aliorũ Medicorum.

rũ libros peruagaueris, vbi cũ ad finẽ perueneris quid in medio aut fine dictum sit iã oblitus sis. Secundo vno vt dixi libello Hippocratis recte intellecto iam magnum habes accessum ad reliqua eius volumina cum diligẽtia & industria perscrutanda. Tandem ipse etiam Hippocrates non semper breues quasdam sententias vt in libris ἀφορισμῶν, προγνωστικῶν & προῤῥητικῶν, scripsit, sed multos & varios libros satis copiose de causis signis & remediis morborum reliquit, quarum rerum imaginem quandam iam stati & in hoc præsenti libro cognosces, idem nanque quod Galenus in libris de administrationibus anatomicis & de vsu partium tractat, id Hippocrates in libris περὶ φύσιος παιδίου & περὶ σαρκῶν & περὶ ἑπταμήνου καὶ ὀκταμήνου, item περὶ ἀνατομῆς, περὶ καρδίας, περὶ ἀδένων, περὶ ὀστέων φύσιος & περὶ τόπων τῶν κατ᾽ ἄνθρωπον, docet. Illud vero quod Galenus in libris de locis affectis & medendi methodo nec non κατὰ τόπους & κατὰ γένη docet. Idem Hippocrates in his pręsentibus quatuor libris περὶ νούσων & in alio περὶ παθῶν & adhuc in alio περὶ ἱερῆς νούσου scribit, quid quod omnia quæ vnquam scripsit Galenus, aut sunt com-

mentaria in Hippocratem, aut ſunt ad imaginem & formam librorum Hippocratis ſcripta, ſiquidem in librum Hippocratis περὶ φύσιος ἀνθρώπου Galenus & commentaria ſcripſit, & ex eodem fonte libros de elementis ac tẽperamentis collegit. Secundum libellũ Hippocratis περὶ γονῆς, Galenus libellum de ſemine compoſuit. Secundum tres libros Hippocratis περὶ διαίτης, Galenus libros de Sanitate tuenda conſcripſit. Libri tandem Galeni de criſibus & diebus decretoriis, ex Hippocratis περὶ κρίσεως & περὶ κρισίμων ſunt deſumpti. Eſtque tãdem omnium operum Galeni quintum volumen maximum quod expreſſe nihil niſi commentaria Galeni in Hippocratẽ continet, & reliqua omnia Galeni etiam nihil fere aliud ſunt quam in Hippocratem commentaria, artem certe ipſam Galenus (vt in multis locis ac lubens fatetur) ab Hippocrate ſumpſit, eandemq́ amplificauit & bene, ſed ſi hoc verum eſt, quod verum eſſe à multis doctiſsimis & vſu exercitatiſsimis Medicis perſuaſum habeo, quod etiamſi quis decem aut viginti annis nihil niſi Galenum legeret, nũquam tamen (ſaltem hoc noſtro ſæculo) effi-

ceretur

ceretur bonus Medicus, cum principia quidē
artis & optime & quodámodo necessario ab
Hippocrate & Galeno sumantur, postea ta-
men propter mutationem temporum & na-
tionum, necesse sit aliqua à modernis quoque
sumere, adhuc consulerem vt quis Hippocra
tē potius quam Galenum legeret, propterea
quod ipse sit fons & principium artis, omniá-
que breuiter & succincte tractet, quæ alii lon-
gis rerum ambagibus circumducunt, cumq́;
vita sit breuis ars vero longa, tutius est pauca
illa & certa legere, quam se amplissimo ocea
no cōmittere, in quo aut submergaris, aut quo
modo aut quando emergas nescias, præser-
tim cum tandem ad modernorū quoq; consi-
lia & rationes te dirigas oportet, ac propterea
cauēdū, ne si diutius in Galeno tantū diuaga-
ueris, aut alterutro aut vtroq; fructu priueris.
est enim in Hippocrate μέτοδος, in aliis potius
περίοδος. Nūc ad pręsētes 4. li. nos cōuertem⁹.

Argumentum quatuor de mor-
bis librorum.

TOtū hoc opus quod de morbis īscribitur,
in quatuor libros, siue ab ipso Hippocrate si-
ue ab aliquo alio distinctum est: non quod in

ſingulis libris,ſingularia quædam aut diſtin-
cta,ſeu etiam diuerſa tractet,(hoc enim ſe no
que feciſſe, neqꝫ facere voluiſſe autor ipſe ſta-
tim in primo libro verbis expreſsis teſtatur)
ſed credo opus hoc propter magnitudinem
in quatuor libros diuiſũ eſſe. Quocirca quod
ad rerum in hoc opere contẽtarum, ſeriem &
ordinem ſpectat,alia nobis opus eſt diſtincti
one. Summa itaqꝫ omnium iſtorum quatuor
librorum in quatuor maxime partes diſtin-
guitur. Quarum prima ſtatim in primo pri-
mi libri aſpectu,paucis verbis,generalẽ quã-
dam methodum omnium morborum tũ co-
gnoſcendorum,tum curandorum continet.
Secunda, id quod in prima parte ſummatim
idqꝫ verbis parum vſitatis dictum fuerat, per
partes ſeu ſpecies explicat,ſingula quaſi ver-
ba generalis iſtius methodi (quid medico ſi-
gnificẽt,)exponens. Tertia pars methodum
illam generalem ad vſum applicat, appoſitis
exempli gratia variis ac propemodũ omni-
bus,quæ in corpore humano accidere poſ-
ſunt,morbis. Atqꝫ iſta quidem in primo ſta-
tim libro,eo quo dixi modo tractare incipit,
& eadem vſqꝫ ad finem tertii libri proſequi-
tur,

tur. Quartus liber quartam & vltimam huius ſcripti partem continet, eſtq; ab aliis tribus præmiſſis plane diuerſus, nam magna ex parte phyſica potius quam Medica tractat. Neque enim in eo vt in aliis tribus prioribus morborum cognoſcendorum & curandorũ rationem tradit, ſed pręcipuas & ingenioſiſſimas quæſtiones partim philoſopho partim Medico neceſſarias explicat, atq; in exordio ſtatim proponit, quæ & quo ordine ſingula ſit dicturus. Deinde primum incipit dicere de generatione tam hominis, quam plantarũ. Poſtea dicit de membris præcipuis corporis: de humoribus in ipſis contentis: & de facultatibus naturalibus. tandẽ dicit quomodo quãdo & qui morbi, fiant. In fine ſubiũgit de modo & cauſis generationis tam lumbricorũ in pueris quam calculi. Hoc ſtudioſum lectorẽ pręmonitum volo, me in vertendis hiſce Hippocratis libris obſeruaſſe, vt rem ipſam ac veram Hippocratis ſententiam redderem, non verbum verbo exponerem. Cæterum vocabula artis hoc eſt nomina morborũ & remediorum vt plurimũ ſicut & ab Hippocrate ipſo primum nominata & ſcripta ſunt, Gręca

appo-

appoſui. Idq; propter cauſas quas dicã. Nam primo, certum eſt fieri non poſſe, vt ęque proprie vna præſertim voce latina exprimamus quamplurima nomina morborum ac remediorum tam ſimplicium quam compoſitorũ, ſicut ab antiquis illis Medicis Græcis primũ inuenta, ſcripta & dicta ſunt. Deinde quamplurimum mihi ex vſu rei Medicæ ſtudioſorum eſſe videtur, vt ſenſim ſe non tantum ad vocabula, ſed ad integra volumina Græcorũ Medicorum intelligenda aſſuefaciant, remq; ipſam ex fontibus potius quã ex riuulis hauriant. Adhæc iã olim conſuetudo illa in Medicorum ſcholas & bene irrepſit, vt quãplurimos morbos, quamplurima remedia Græcis vocabulis inſignirent. Quis enim hoc noſtro ſæculo non tantum Medicinæ ſtudioſus, ſed etiam ex pueris elementa ipſa deguſtantibus, aut etiam ex vulgo & ruſticis aut muliercuIis tandem ad colum deſidentibus reperiετur, qui quid φάρμακον, παροξισμὸς, κρίσις, ὕσσωπος κύμινον & ſimilia innumera ſignificent, non intelligat? Quanto magis hoc noſtro ſæculo tã florẽte bonis literis & linguis ſperandũ eſt, imo & conandum, vt quid πτισάνη, πλευρῖτις, ἐγκε-

ἐγκέφαλος, λήθαργος καῦσος, ῥῆγμα &c. ſimilia ſignificent intelligamus. Præſertim vbi rem ipſã, niſi prius recte intellecto vocabulo percipere nequeamus. Ego tamen nullum in omnibus hiſce libris ponam Grecum vocabulum, inuſitatum præſertim, quin cum prima vice in textu & ordine librorum Hippocratis occurret, vberiorem eius explicationẽ in margine apponam, vt vbi ſemel intellexeris, in poſterum quoties recurrit eius ſignificationem tibi in memoriam reuoces. Ideóque breui curabo imprimi omnium minus vſitatorum, notatu tamen digniſsimorum vocabulorum, quæ in lectione Græca Hippocratis ſæpius ſolent occurrere explicationẽ, coniunctam expoſitioni linguarum Hippocratis, quam Galenus ſcripſiſſe fertur. Sed in exponendis illis vocabulis dabo operam vt verba ipſa Galeni ex ſuis in Hippocratem commentariis aſſcribam, annotatis paucis verbis, locis vnde deſumpta ſint.

Hippocratis de morbis liber primus p.ª

HIPPOCRATIS DE MORBIS LIBER PRImus, atque is quidem reuera est Hippocratis.

Qvicunque de curatione rectè interrogare, interrogāti respōdere, denique & opponere velit, necesse est vt hæc perpendat. Primum, vndénam omnibus hominibus morbi gignantur: deinde, quęnam sint necessitates morborum vt cum extiterint, aut sint longi, aut breues, quidam letales, quidam nō letales, in aliquibus mēbrum aliquod corporis mutilum & mancū reddatur. in aliquibus vero minimè. Adhæc quinā morbi cum sint nunc periculosi, tandem vel bonum vel malum finem consequantur. Et ex quibus morbis in quos fiat transitus. Item, quænam ipsi medici in curandis ægris agant, ἐπιτυχίη id est (vt ipse paulò post exponit) prosperè. Et quæ bona aut mala in ipsis morbis, ægri patiantur: & quæcunque intempestiue vel dicantur,

Hæc est prima pars totius huius scripti Hippocratis de morbis, quæ cōtinet generalē quādā methodū cognoscēdi et curandi oēs morbos. In qua si uocabula quędā inusitata inueneris nō est, quod te remorētur. Ipse enim Hippocrates paulo inferius eadē exponit.

vel fiant à medico ægrotanti, vel ab infirmo, ipſi medico. Econtra quæ omnino & exquiſite ſecundum artem fiant & dicantur. Et quæ vera & recta in ipſa ſint arte, quæ vero contra. Nec non, quod ſit principiũ artis, quis finis, aut quod medium, aut aliquid aliud eorum quæ demonſtrata & probata ſunt recte in arte cõtineri, aut quæ ſecus. Quinetiam, quæ parua, quæ magna, multa & pauca. Quin & quod totum in arte vnum ſit, omniaque ad vnum redigantur. Tandem quæ expediunt cogitanda & dicenda, ecõtra ſi ita fieri oporteat, neque cogitanda, neque dicenda, neque facienda. Conſiderabit item, quid ſit quod in arte fiat εὐχειρίη, hoc eſt, manu artificioſa, & quod ἀχειρίη, hoc eſt, manu inartificioſa. Item quid ſit tempeſtiue, quid intempeſtiue factum. Videbit item quibuſnam aliis artibus hæc aſsimiletur, quibus vero minime. Inſpiciet & corpus, quodnam ſit calidum, frigidum, ſiccum uel humidum: aut quod robuſtum aut imbecille, denſum vel rarum. Idem intelliget, quænam ex multis in pauciora, ſiue in bona ſiue in mala degenerent: quid eleganter, quid turpiter: tarde aut cito: recte aut non recte. Sciet item quod ex malo aliud malum neceſſe eſt ſequi.

Iſta cum quis conſiderauerit, animo perpendet in quo iſtorum enumeratorum quis peccet, ſiue loquens,ſiue reſpondens ceu interrogans:facile etiam intelliget vtrum multa cum ſint, exigua tamen,aut cũ ſint impoſsibilia, alter tamen poſſibilia eſſe dicat, aut ſi in quodam alio is qui dicit erret, hæc obſeruata medicus poſtea in contradictione proponet. Omnes itaque morbi, in interioribus quidem corporis partibus à cholera & phlegmate fiunt:in exterioribus vero à laboribus & vulneribus. Quin & à calido & ſupercalefaciente,& à frigido & ſuperinfrigidante,& à ſicco & ſupexiccãte,& ab humido & ſupra modum humectante. Cholera quidem & phlegma genitis congenerantur,& ſunt in corpore ſecundũ plus vel minus:morbos vero procreant, alios ex cibo & potu, alios calido nimium calefaciente, alios à frigido præter modum infrigidante. Habent autem morbi neceſsitates aliquas,ita vt cum ipſi facti ſunt,neceſſario illæ conſequantur. Exẽpli gratia,in vulneribus,neruo aliquo magno & craſſo,aut etiam capite muſculi,idque maximè in femoribus vulnerato,neceſſe eſt claudicationem ſequi. Mors etiam ſequitur,ſi quis cerebrum ipſum,ſpinalem medul

Secunda pars huius ſcripti,in qua particulati expõit quæ hactenus in genere dixit:ac primo dicit unde morbi gignãtur.

Quid uocat ἀνάγκας ſiue neceßitates.

 lam,

lam, hepar, diaphragma, veſicam aut venam cauam, aut cor ipſum vulnerauerit: mors vero nó accidit, aliqua corporis parte vulnerata, in qua vnum aliquod iam enumeratorum membrorũ non cõtinetur, ſed ab ea parũ diſtat. Ex morbis vero iſti hanc habẽt neceſsitatem vt enecent eos, in quibus iam facti fuerint. Phtiſis, Hydrops carnoſa, Eodẽ modo ſi mulierem grauidã peripneumonia, aut καύσος, aut pleuritis, aut phrenitis, aut deniq; eryſipelas in matrice corripuerit. Periculoſi autẽ morbi qui interdũ inteficiũt, interdũ vero minimẽ ſũt iſti. peripneumonia, cauſos, phrenitis, pleureſis, cynãche, ſtaphyle, hepatitis, ſplenitis, nephreſis, dyſenteria, ſuperfluus fluxus ſanguinis in muliere. Sequentes autem morbi, niſi illis aliquid accidat, nó ſunt letales. Cedmata, Melancholia, Podagra, Iſchia, Teneſmus, Febris quartana, Tertiana, Stranguria, Ophtalmia, Lepra, Impetigo, Artritis. Mutili tamen & manci ab his ſępe fiunt quâmplurimi: Contracti quidem in manibus & pedibus, aut in voce bleſi, aut attoniti propter melancholiam: Claudi vero propter dolorem coxẽdicũ, oculi tandem & auditus corrumpuntur à phlegmate in illos deſtillante. Morbi vero qui neceſſario

καύσος .i. febris cum maximo ardore.

Quid uocet ἐνδοίασα, siue: morbos periculoſos

σαφύλη, uidẽ uuulę ĩ gutture, q̃ columella latinis dicitur

κέδματα .i. diuturni dolores in mẽbris, aut genitalibus.

μάκρα .i.

cessario diu durant, sunt isti, Pthisis, Dysenteria Podagra, Cedmata, Leucophlegmantia, Dolor coxendicũ. Strãguria. In senibus Nephritis: In mulieribus, Fluxus sãguineus, Hæmorrhoides, Fistulæ, Causos, Phrenitis, Peripneumonia, Cynanche, Stapyle: Pleuresis econtra cito creticat. Isti vero morbi in alios trunseunt: Pleuresis in febrem cum ardore: Phrenesis in peripneumoniam: Ex peripneumonia Causos nequaquàm fit: Tenesmus degenerat in dyssenteriam: Dysteria in lienteriam: Lienteria in hydropem: Leucophlegmantia in hydropem: Peripneumonia & pleuritis in Empyema. Mala vero, quæ necessario ex aliis malis sequuntur, sunt ista. Rigor si quem inuaserit, hunc calor excipit, et neruus dissectus spasmũ generat, cũq; semel dissectus nũq̃ rursus coalescat, fortem phlegmonem concipit. Quod si propter ictum cerebrum concutiatur & laboret, necessario is qui ita affectus est, subito voce visu & auditu priuatur: quod si idẽ vulneratum fuerit, accidit febris & vomitus choleræ, ac stupor totius corporis tandem mors ipsa. Epiploon si exciderit, necessario putrefit: quin & si sanguis ex vulnere aut vena in superiorem ventrem effluxerit, necessario in pus conuertitur.

morbi lõg.

Quid καιροὶ, id eſt, tẽpora ſiue occaſiones.

tur. Tempora vero vt in ſumma dicam pro ut ars ipſa præſcribit, multa & varia ſunt, non ſecus atque morbi ipſi & affectus, eorumq; curationes. Sunt autem maximè acuta eorum, quibus refrigeratis neceſſe eſt remediũ adferre, eorũ etiã qui vel veſicæ vel alui excrementa reiicere nõ poſſunt, aut eorũ qui ſuffocantur. Eſt etiam valde pręceps tempus ſiue occaſio, mulierem parientem aut vulneratam reuocare, & alia ſimilia. Iſtę enim occaſiones ſunt valde præcipites: ſiquidem eadem paulo poſt nõ conferũt: multi enim paulo poſt moriuntur. Eſt enim illud ipſum tempus ſiue occaſio, ſi quis tali aliquo morbo laborauerit, à quo ſi antequàm animus deficiat liberari poteſt, non niſi in tempore id remediũ ſumat liberatur. Eſtq; eadẽ ratio temporis fere in omnibus aliis morbis: ſemper etenim quando aliquis curatur, ſuo certo tempore curatur. Morbi vero & vulnera non letalia, ſed quæ longo tempore durant, in his etiamſi dolores fiunt, tamen ſi quis eos recte curat, ceſſant, nihilque refert, quo tẽpore remedia à medico adhibeantur, ſiquidem etiam abſque medici opera ceſſarent. Alii ſunt morbi, quorum tempus curationis eſt matutino tempore, interimq;

nihil

nihil refert, ſiue omnino matutino tempore illos cures, ſiue paulo poſt. Alii item ſunt morbi quorum curationis tempus capit integrum vnũ diem, & quo tempore illius diei id fiat nihil refert. alii in tribus, alii in quatuor diebus. ſunt qui in menſe curari poſſunt. quidam etiam in tribus menſibus, & parũ refert ſiue iſti ſint perfecti omnino, aut aliquid adhuc deficiat. Iſta itaque ſunt tempora in quibus illam certam & non aliam, exactam inquiſitionem habent.

Intempeſtiue vero fiunt iſta, vt cum quis morbus pręciſe mane debebat curari, ſi is in meridie curetur. eſtque intempeſtiuum propterea, quòd morbus vergit ad deterius, propter intempeſtiuam curam: ita vt ſiue iam inſtante meridie, ſiue paulo poſt, ſiue ſub noctem remedium adhibueris, intẽpeſtiue id feceris. Eodẽ modo, ſi quis in vere curari debebat, curetur in hyeme, aut qui in hyeme, curetur in ęſtate. Aut ſi id quod præſentem curationem poſtulabat, diu differatur, aut econtra quod differri debebat, nũc curetur. hæc intempeſtiue curantur. Recte vero aut ſecus in arte talia fiunt. Non recte quidem, quã do alio exiſtente morbo, alius appareat: ſiue cum magnus ſit morbus, exiguus videatur, aut econtra

Quid ſit ἀκαιρὶν ſiue intẽpeſtiuũ.

τὰ μὴ ὀρθῶς quæ nõ recte fiũt.

econtra cum ſit exiguus, videatur magnus. aut cum in aliis membris contineatur, non tamen contineri videatur. aut etiam cū quis eſt morti proximus, non tamen videatur. cumque ſit empyema & non cognoſcatur. item non intelligere quod magnus morbus in corpore foueatur. neque pharmacum aut potum quo quis opus habet cognoſcere. poſsibilia item non curare, & impoſsibilia videri curare. Hęc quidem prædicta ſecundum rationem non ſunt recta, In chirurgia autem ſunt iſta quę ſequuntur. Pus in vlcere aut phymate contentum non cognoſcere. fracturas item & luxationes non percipere. aut cum quis certo inſtrumento contingit & tentat caput, nō cognoſcit os fractum eſſe. ſiue etiam quis fiſtulam, ſiue ſiringam in veſicā immittat, quæ ingredi non poſsit. lapidem etiam in veſica contentum non animaduertere: pure vero in eadem exiſtente, ex concuſsione nō deprehendere. ſecantem aut vrentem delinquere vel in profundum vel in longum nimium procedendo. aut etiam ſecare & vrere, quæ non conuenit: Et hæc quidem non recte fiunt: Recte vero fiunt iſta. Morbos ipſos cognoſcere, quales ſunt & vnde proueniant, & qui ex his ſint longi, qui

τὰ ὀρθὰ q recte fiunt.

gi,qui breues,qui letales,qui minus: morbos itẽ qui in alios transeunt,qui augentur,qui flaccescunt,qui magni,qui parui. Eum etiam qui curat curare ea quæ curationem recipiunt, quæ vero curationem respuunt, incurabilia cognoscere. ita tamẽ eiusmodi malis affectos tractare,vt adiuuentur,quo mala ipsorum magis fiant curabilia.atque eo modo quæ ægris adhibentur obseruare oportet,æque ea quæ recte fiunt, atque illa quæ non rectè. vt si quis quæ exiccari postulãt, humectet: aut cum aliqua incrassari debebant, non offerat ea quæ incrassent: aut quæ attenuari debebãt,non extenuet:siue refrigerari & nõ refrigeret:siue calefieri,non calefaciat: aut putrefieri,non putrefaciat, & reliqua eodem modo.

Hæc uero quæ sequuntur sua sponte ęgrotantibus accidunt,quę partim bona,partĩ mala sunt. Febricitanti & cholera abundanti, suo tẽpore cholera extra corpus reiecta, bonum. Sub cute vero diffusa & dispersa, multo facilior est toleratu ei in cuius corpore hæret,& medico quoq; curatu facilior existit. eadem vero ita dispersa, si ad aliquem internum corporis locum relabatur, malum. Venter inferior perturbatus in laborãte pleuritide peripneumonia,aut empyema

te,malum. Febricitanti aut vulnerato ventriculus exiccatus,malum. Hidropicis & ſpleneticis leucophlegmantia laborantibus ventriculus fortiter turbatus bonum. Eriſypelas ſi in exterioribus corporis partibus hærens ad internas ſe receperit,malum.econtra,ſi in interioribus partibus contentū ad exteriora cōuerſum fuerit, bonū. Graui fluxu vētris laborāti,ſi vomitus acceſſerit bonum. Mulieri ſanguinem euomenti fluxus menſium ſuperueniens bonum. fluxu item menſtruo repreſſo,eodem in os aut nares incūbente,bonum. Mulieri poſt partum ſpaſmo afflictę,febris ſuperueniēs bonum.tetano item & ſpaſmo laboranti febris accidens,bonum. Iſta enim propter nullam vel inſcitiam vel ſcientiam medici accidunt,aut non accidunt:ſed ſua ſpōte impetu naturali facta,eadem ratione iuuant vel lædunt. Επιτυχιη hoc eſt proſpere talia agunt medici in curationibus, Cū per ſuperiora pharmacū exhibent,purgare poſſunt cōmode vel per ſuperiora vel inferiora:& mulieri pharmacū dātes quod per inferiora cholerā & phlegma ducat, mēſes ſuppreſſos iterum prouocāt. pure in ſplene contento, ſi propinant pharmacum quod per inferius cholerā & phlegma ducat,pus

ἐπιτυχιη hoc eſt proſpere,quæ fiant.

cat pus per inferius educitur & morbus aufert
tur,calculo laboranti pharmacũ dãtes cuius vi
calculus in vias vrinę defertur,& tandem emin
gitur. cum quis in pectore phyma & in eo pus
contentum habeat,medici neſcientes eius quan
titatem, tamen pharmacum dant per ſuperiora
quod phlegma purget, ægerque euomat pus &
ſanitati reſtituatur .Si quis propter pharmacum
per ſuperiora exhibitum ſuperpurgatus fuerit,
ſoluto per vomitum ſpontaneum ventriculo,ad
ſanitatem redit.Mala autem hæc efficiunt me
dici,quando finem expetitum non aſſequũtur,
(idquod vocat) ἀτυχίην. Cum exhibent phar-
macum per ſuperiora choleram & phlegma ex
purgans, vena propter vomitum in pectore ru-
pta, vbi antea nullum ſenſibilem in pectore do
lorem habebant, nunc fit morbus. etiam quan-
do mulieri grauidæ pharmacum quod per ſu-
periora purgare debebat exhibent, ventriculus
vero per inferiora turbatus cum pharmaco fœ-
tum expellat.aut cum medico empyema curan
te aluus incipiet fluere & ægrũ interficiat.cùm
que medico oculos curante & inungente graui
ores dolores accidant,aut forte oculi findantur
& corrugẽtur, medicũ incuſãt quod inunxerit.

Decumbente aliquo propter dolorem ventricu li,& medicus exhibuerit aliquid: ęger vero post modum male se habeat, aut moriatur, medicus accusatur. ac quæcunque mala super alia mala iam præsentia etiam necessitate consequentię in morbis & vulneribus accidunt, causam illorum in medicum reiiciunt: necessitatem vero illam, quæ eiusmodi necessario præstat, non cognoscunt. ita quoque si ad febricitantem uel vulneratum medicus accesserit, ac nō statim pręsens remedium admouerit, sed æger postridie malè se habeat, medicum in causa esse dicunt: quod si etiam curauerit, tamen hoc non omnes ex æquo laudant, sed existimant eum, ea quæ necesse erant, passum esse: dū enim vlcera phlegmonem concipiunt, etiam in omnibus aliis morbis: sunt quidam dolores, qui necessario talibus acci dunt, veruntamē non tales, quin possint esse mi tiores. neruus dissectus, non iterum coalescit, neque vesica, neqꝫ gracilium aliquod intestinorum, neque vena caua, nec etiam tenuis illa mē branula, quę est in mento, nec tandem cutis bur sę testiculorum: principium veró curationis demonstratum, non est idem cum eo quod in pro cessu totius artis obseruatur, neque id quod

eſt ſecundum,eſt tale quiddam,neque etiam me dium,neque finis:ſed incipimus eam aliud dicẽ tes & aliud operantes. & eodem modo perfici- mus:neque enim cum incipimus ab iiſdem rati onibus ordimur,neque etiam cum finem impo- nimus eundem ordinẽ ſeruamus: iſto itaq; mo- do procedentes neque in principio, neque in fi ne eundẽ ordinẽ obſeruabimus. ευχειρία, hoc eſt,facilitas ceu in operãdo dexteritas in his cõ- ſiſtit:cum quis ſecans vel vrens neque neruum, neque venam ſecat vel adurit. & ſi quis empye maticum vrit,pus extrahat, & incidat talem e- odem modo,fracturas ingenioſe componere: ſi quid ex ſuo loco naturali exciderit, in eundem commodè reponere,comprehendereque ita po ſtulant fortiter,& comprehenſa reprimere:quæ vero placidè contrectari debent, comprehenſa minimè reprimere.In ligando,ligaturas non re ctas ſed curuas facere, neque premere quæ non comprimi poſtulant:ſed tangas quę tangi debẽt ne dolorem non neceſſarium excites. iſta ſunt, ευχειρία.Digitis vero aliquid ſcitè complecti,ele- ganter an ſecus,longis aut breuibus,pulchrè li- gare & variis ligaturis,hæc pro dexteritate illa in operando,& non ſecundum artem certam iu

ευχειρία quid ſit.

Tertia pars totius huius operis Hippocratis, quæ usq; ad finem tertij libri durat. In qua methodum generalem primum propoſitam, poſtea per partes explicatam, nunc ad uarios morbos exempli gratia accommodat. Ac primo omnium dicit de empyiais ſeu purulentis ferè uſq; ad finem 1. libri oſtendendo quo modo pus in uariis corporis partibus colligatur.

dicantur. Quicunque pus habent vel in pulmone, vel in pectore, vel in ventre inferiore, aut qui phymata habent ſiue in pectore ſiue in inferiore ventre, aut etiã in ipſo pulmone, aut qui vlcera interna habent, aut qui ſanguinem euomunt aut expuunt, quiue tandem dolorem aliquem habẽt aut in pectore aut in tergo: iſta omnia eueniunt, partim, quæ quidem in ipſo corpore exiſtunt à cholera & phlegmate, partim, quæ quidem extra corpus ſunt, ab aëre qui commiſcetur cum calore naturali, non minus etiam à laboribus & vulneribus. Pus vero in pulmone ab his cauſis generatur. Si quis peripneumonia laborans in diebus creticis nõ purgatur, ſed colligatur in pulmone ſputum & phlegma empyicus fit, qui ſi ſtatim in principio curetur, euadit vt plurimum. Si vero pulmo negligatur, corrumpitur, & inſtante putrefactione exulceratur pulmo, & curationis contumax euadit, poſteàque nullum quod quidem alicuius ſit momenti alimentum ad ſe attrahit, neque quicquàm per ſuperiora expurgat, ſed ſuffocatur, & quotidie magis difficulter ſpirat, & ſtridet frequenter & multum ex intimo pectore ſpiritum trahẽdo, tandem à ſputo ſuffocatur & moritur:

Empyicus ex peripn.

ritur. Generatur etiam empyema,cum à capite in pulmonem pituita deſcendit,ac in principio quidem vt plurimum defluxio illa ſenſum effugit:ſed tenuem tuſsim excitat, ſputum paulo amarius ſentitur,quam pro conſuetudine,interdum & calor exiguus percipitur. ſed proceſſu temporis pulmo exaſperatur, & in interioribus à phlegmate exulceratur, prębetque tum pondus,tum acutum dolorem pectori in anteriore & poſteriore parte,tum etiam calores vehementiores corpus occupant:pulmo uero propter illā caliditatem & ex toto corpore (precipue tamē ex capite) quicquid eſt phlegmatis in ſe deriuat,caput vero calefactum ex reliquo corpore trahit, quo putrefacto craſſum quiddam ſpuere incipit,tandem cum tempore purum pus ſpuit,& febres accidunt acutiores , tuſſes etiam crebriores & fortiores , abſtinentia cibi tales mordet:tandem ventriculus à phlegmate,quod à capite deſcēdit per inferiora turbatur. quo cū quis peruenit moritur ex fluxu ventris,non ſecus quàm iſti quibus vt ſupra diximus propter pus pulmo putridus euadebat. hi vero ex fluxu ventris.Fit etiam propter illas cauſas empyema in pulmone.nempe cū vena aliqua in pulmone

Empyicus propter catarrhū ex capite in pectus deſcendentem.

Empyema in

pulmone propter ruptam in pulmone uenã.

mone rumpitur: rumpitur vero propter labores, quàmprimum vero rumpitur vena, ſanguis ex ea effluit, iſque ex maiori vena magis, ex minori vero minus: ac maiore vena rupta illico ſanguis expuit: minore vero, niſi terũ obſtruatur, ſanguis in pulmonem effunditur & in eo putreſcit, qui putrefactus in pus conuertitur: procedente vero tempore alias purum pus, alias pus cruẽtum, alias ſanguinem expuit. Quod ſi maximè rupta vena impleatur, plenitudo illa magnam ſanguinis copiam extra ſe emittit & exprimit. tumque pus craſſum expuit, propter phlegma quod illic generatum & putrefactum eſt. talis ſi in tempore obſeruetur, prius quàm vena multum ſanguinis emittat, nimiumque dilatetur, & priuſquàm ęger nimium extenuetur, ac in lecto decumbat, caputque cum reliquo corpore conſumatur, liberatur à tali morbo. *S*i vero negligatur, ita vt accidentia iam enumerata ſiue omnia ſiue plurima patiatur, moritur. moritur vero talis aut ſupradicto modo, aut per vomitũ nimium ſanguinis reiecto. Quod ſi venula omnino rupta non fuerit, ſpaſmus ſiue conuulſio in ea generatur, quæ fit tanquàm varix. quod cum fit ſtatim leuis dolor cum ſicca tuſsi

excita-

excitatur,quo procedente ſi negligatur, tranſmittit,primum parum ſanguinis ſubnigri, poſtea maiorem copiá puri & ſynceri ſanguinis, tandemque pus.talis patitur omnia ſupra dicta. Quibus,ſiin principio eos curare tentaueris,cõfert miſsio ſanguinis ex venis manuum, & victus ratio quàm maxime fieri poteſt ſicca,& minime ſanguinem generans. Idem accidit venis quæ in pleura ſunt, maximéque his ſummis & eminentioribus:quando igitur tale quid patiuntur, varicum in modum attolluntur & inflantur. quæ ſi neglectę fuerint,talia patiuntur. Rũpuntur venæ illæ,deinde ſanguis interdum per ſputum, interdum & per vomitum reiicitur, fiuntque purulenti,& vt plurimum pereunt. Sin vero incipiente morbo curentur, ſtatim venæ in pleura contentæ,in locum naturalem rurſus ſubſident & in ſeſe recedunt:ac pulmo quidem dicto modo purulentus fit, aliiſque membris talia qualia diximus eueniunt,moriunturque prædicto modo. In ſuperiore ventriculo homines purulenti fiunt variis modis: etenim cum phlegma ſubito in magna copia ex capite in ventrem ſuperiorem defluit,putrefit & generatur pus.putrefit autem maxime in ſpacio viginti &

Quomodo purulenti fiant in ipſo pectore,ſeu ut ipſe uocat,inuẽtre ſuperiore.

ti et vnius dierũ.illud pus in latera incidens cõ-
cutitur & circumuoluitur.talis ſi vratur aut ſece
tur, antequàm pus diu in lateribus moram tra-
hat,ſanus vt plurimum euadit. Fiunt etiam in
pectore empyici, ex forti pleureſi, ſi in diebus
creticis materia non maturuerit: neque ſputo re
iecta fuerit, ſed pleura ipſa ab infixo phlegma-
te & cholera exulcerata fuerit. poſtquam enim
vlcus generatũ eſt ex ſe ipſo pus affert,& ex vi-
cinis locis propter caliditatem phlegma in ſe re
cipit,quod cum putruit,pus expuitur .Interdũ
etiam ex venis ſãguis ad vlcus trãſmittitur, qui
putrefactus pus fit. Talis ſi ſtatim curetur,ut plu
rimum ſanus euadit:ſin vero negligatur, mori-
tur. Fiũt etiam purulenti ſi phlegma ex capite
fluens in pleura hæſerit, computrueritque.tum
vero pleura vt plurimum aduritur & patitur e-
adem,quæ quando ex pleuritide quis empyicus
fit. Fiũt & empyici quando vel ex nimia defa-
tigatione,vel exercitio corporis, aut aliqua alia
de cauſa pleura ipſa rupta fuerit, ſiue in anteri-
ore ſiue in poſteriore parte. Rumpatur tamẽ i-
ta vt non ſtatim ſanguis expuatur, ſed in carne
conuulſio aliqua generetur. caro diuulſa ma-
dorem quendam concipit & fit ſubliuida. ac
primum

primum quidem qui talia patitur, nihil mali ſen tit propter robur & bonum corporis habitum: aut ſi quid ſentit, rem nullius momenti eſſe exi ſtimat. hunc ſi contingat vel propter febrem, vel potum, vel venerem, vel aliquam aliam ob cauſam extenuari, caro ipſius vulnerata, exiccatur & calefit, trahitque ad ſe madorem ex vicinis partibus, venis, & carnibus, quo recepto intumeſcit & phlegmonem concipit, atq; in principio exiguum dolorem, tuſsim raram ſiccâmque excitat, deinde plus ad ſe trahit, doloremq; maiorem cum crebriore tuſſi adfert. Expuit ve ro primo purulentum, interdum ſubliuidum et ſanguineum, quo vero longiore temporis ſpatio durat, magis ad ſe attrahit & putreſcit. de carne vero quod in principio liuidum erat, id pus fit, efficitque dolorem intenſum cum fe bre ac tuſsi magna & crebra, tumq; purum pus expuit. Si vero pus in ventriculo diu morá traxerit, totum corpus maximeq́; vicinæ partes ab eo calefiunt. corpore calfacto, humidum quod in eo continebatur maxime liquefit: de quo humido id quod in capite contentum erat, pars in pectus defluit. & a prius in eo exiſtente pure, etiam ipſum in pus degenerat: alia portio in ven-

triculum defluit,quo fit vt interdum ventriculus inferior ab illo humore perturbetur & interficiat hominem,cibi enim in ventriculū ingrediẽtes crudi excernũtur,corpuſque ab illis nihil nutritur, ac ſputi per ſuperiora purgatio nō reſpondet copiæ & multitudini humorum contẽtorum ,eo quod ventriculus excalfactus omnia ad ſe per partes pectoris inferiores attrahat , ita fit vt pulmo non purgatus ſuffocetur & ſtridorem emittat,ſed propter fluxum ventris homo plurimum debilitatur,&vt plurimum moritur. Plerunque vero in huiuſmodi morbis caput tales fluxiones præbet , tum quod vacuum & cauum ſit,tum vero quod in parte ſuperiore poſitum. quando nanque à ventriculo incaluerit ad ſe ex toto corpore tenuiſsimam partem phlegmatis attrahit, quo poſtquàm repletum fuerit, reddit idem perfectius & craſsius.tumque vt diximus pars in pectus,alia pars in ventriculū defluit.Poſtquâm itaque caput ipſum fluere,totū vero corpus conſumi incipit,tum etiamſi vrantur,ſanitatem tamen perfectā non recipiunt.plura enim ſunt quæ iam ad contentum in pectore pus affluunt, quam quæ effluūt, & maior eſt portio carnis,quæ à tali morbo liquefit, quā

ea quæ à

ea quæ à cibo& potu nutritur ac reſtituitur. Eorum qui eiuſmodi morbis vexantur, aliqui breui temporis ſpacio pereunt, alii vero longiore tẽpore morbum producunt. eſt enim differentia inter corpus & corpus, ætatem & ætatem, affectum & affectum. etiam inter tempus & tẽpus in quo egrotant, Alii enim morbis non facile ſuccũbunt, alii vero facillime proſtrantur. Nullum ergo certum tempus neq; lõgum, neq; breue dari exacte poteſt in quo pereunt. Nã vt plurimum tempus illud quod quidam præſcribũt, non eſt certum, neq; omnia ad ſuppurationem perueniunt. Differt enim annus ab anno, & hora ab hora. Verum ſi quis voluerit harum rerũ perfectam & certam cognitionem habere, & de iiſdem loqui, is cognoſcet quod omni tempore alii moriantur, alii ſanentur, alii patiantur quæ patiũtur. In inferiore ventre purulenti fiũt maxime quando phlegma & cholera commixta cõſtiterint in medio inter carnem & cutem. Fiunt etiam propter ſpaſmos. Item cum vena aliqua conuulſa rumpatur, ſanguis vero effuſus putreſcat & in pus tranſeat. Quod ſi caro conuellatur aut comminuatur, trahit ex vicinis venis ſanguinem qui & ipſe putrefactus pus fit. In talibus *Purulẽti in uẽtre ĩferiore.*

ſi pus ad circumferentiam cutis conuerſum exi uerit ſanitas contingit: ſin vero ſua ſponte ad in teriora ruat, moriuntur. Contentum vero pus in ventre inferiore, non eodem pacto in interioribus ventris capacitatibus generari poteſt, ſicut in capacitate pectoris pus generari diximus, ſed vt dictum eſt tantum inter tunicas & tubercula ſeu puſtulas generatur. ideoq; cum ad interiores partes decubuerit, difficulter cognoſcitur, neq; enim quod propter motũ concutiatur deprehendi poteſt. cognoſcitur autem ex dolore maxime, in qua parte fuerit. quẽ locum ſi ceramitide aut ſimili quodã illinas, ſtatim exiccabis.

Eryſipelas in pulmone

Eryſipelas in pulmone fit, cum pulmo exiccatur. exiccatur vero ab ęſtu, febribus, nimio labore & intemperantia: exiccatus multum ſanguinis ad ſe trahit, plurimum vero ex maioribus venis, quæ illi & proximæ ſunt, & in illũ quaſi incumbunt: trahit tamen & ab aliis minoribus ſanguinem tenuiſſimum & maxime debilem. qui cum receptus fuerit fębrem acutam cũ tuſſi ſicca generat, & ſentitur repletio in pectore, dolorq; vehemens in anteriore & poſteriore parte, maxime tamen in regione ſpinæ propter venas magnas excalfactas. Vomunt interdum

grumos

grumos ſanguinis interdum liuida, quandoque & phlegma & choleram. Hi crebro animo deficiunt propter ſanguinis tranſmutationem ſubito factam, id precipuum eſt ſignum generati in pulmone eryſipelatis. Talis continuo febre laborat, huic tamen ſi in ſpacio duorum trium aut quatuor dierũ materia diſpergatur & ab internis partibus ad externas ſe conferat, vt plurimum ſanus euadit: quod ſi non fiat, putreſcit & in pus conuertitur, tandemq; mors ſequitur. moritur autem cito propterea quod pulmo omnino putridus factus eſt. Quod ſi eryſipelas in exterioribus membris herens, ad internas tranſierit, idq; ad pulmonem, ibi nulla ſpes ſalutis reliqua eſt, poſtquam pulmo exiccatus quod ad ſe attraxerit, non amplius alio tranſmittit, ſed ſtatim propter calorem & ſiccitatem, nullum amplius nutrimentum recipit, neque aliqua excrementa per partes ſuperiores reiicit, ſed interit.

Phyma in pulmone quomodo fiat.

Phyma ſiue tuberculũ in pulmone hoc modo fit. quando phlegma & cholera eo conuerſa putreſcunt, quæ quãdiu adhuc cruda ſunt, exiguũ dolorẽ cũ tuſſi ſicca excitant: cum vero incipiũt concoqui, dolor acutus antè et retro cum febre et tuſſi forti inuadit. Cumq; quã celerrime materia

teria maturuerit, et pus ad ſuperiora tendens omnino per ſputum reiectum fuerit, ventriculus etiam in quem pus inciderat rurſus exiccetur omnino ſanitati reſtituũtur. Si vero materia ſubbito quidem confluit et poſt maturationẽ expurgatur, omnino tamen locus exiccari non posſit, ſed tuberculum ex ſe aliud pus regeneret, hoc est letale. Interdum et a capite et aliis corporis partibus phlegma ĩphyma quod in pulmone continetur deſcendens putreſcit in que pus degenerat, tandem vbi maturuit expuitur. Interficit autem quando in ventriculum deſcendit propter cauſas prius dictas.

Etenim ægro non curante ſuam valetudinem, ſed ſentiente omnia (ſicut tempore pręterito) ſe habere, primum exiccatur et infrigidatur, et venæ totius corporis in ſe concidunt, partim propter ſanguinem in ipſis contentum per febrem exustum, partim propter temporis longitudinem, et morbi magnitudinem, nec non propter mala, tam præſentia quâm inſtantia. Quod ſi infirmus etiam longo temporis ſpacio non poterit liberari, nequę ſua ſponte, neque per pharmaca, conſumitur à vehementisſimis doloribus, mala nutricatione, tuſsi, febre et vt

plurimum

plurimum moritur. Quod ſi iam extenuato et in lecto decumbenti ſputum reiiciatur, ne ſic tamen euadit, ſed modo dicto moritur. Si uero pus ſubito colligatur, et poſtquam maturuit maxima pars eius ad diaphragma effundatur, ſtatim uidentur melius ſe habere, ac processu temporis ſi totum expuant venterque in quem pus decubuerat iterum in ſe coincidat et exiccetur, ſani euadunt. Si vero morbus longo tempore durat, et ęgri vires minuantur, nihilque expuat, etiam ſi vſtus aut incisus pus emittat, et infirmus melius ſe habere videatur: tamen cum tempore propter cauſas ſupra enumeratas extinguitur.

phymata in pleura.

In pleura uero fiunt phymata, à phlegmate & cholera eodem plane quo in pulmone modo. fiunt etiam a nimio labore, quando vena aliqua diſtenta rumpitur, et ſi non omnino rumpatur ſed conuulſio tantum in ea fiat: quod ſi tamen omnino rumpitur, ſtatim ſanguis è vena emanans putreſcit, inque pus mutatur. Si vero ſpaſmus in vena fiat in primis dolor et pulſatio percipitur, cum tempore vero vena ſanguinem in carnem emittit, qui ĩ carne putrefactus

pus fit. Eodē modo si caro magis affligatur ex vicinis venis plus sāguinis ad se trahit, q statim putrefit, sin minus affligatur, segnius attrahit, qui tandem putrefit. Aliquibus uero quando conuulsiones istæ in carne aut venis debiliores fiūt nō perueniūt ad suppurationē, sed fiunt diuturni dolores, vocāturq; rupturæ, sed quæcūque ī carne accidūt modo isto accidūt quo nūc dicā.

Quæ in carne accidūt

Quādo caro affligitur, aut ꝓpter spasmū, aut ꝓpter percussionē, aut ꝓpter aliquē aliū affectū sicut predictū est, liuida nō puro sanguine pmixta, sed tenui et aquoso eoque pauco redditur. Postquam præter cōsuetudinē sicca efficitur, calefit & dolorem excitat, attrahendo ad se humorem ex carne et venis vicinis. quæ cum humidior est reddita, & illa humiditas iterum à carne calefacta fuerit, diffunditur per totum corpus pro copia eius quod attractum est.

Magis tamen in venas quam in carnem humiditas illa dispergitur: quippe venæ magis quam caro attrahit, quamuis & caro ipsa trahat Quando ergo ad magnam humiditatē in corpore existentem, parum admodum de carne attraxerit, tum id obscurū & sine dolore manet

& pars

& pars quę prius ęgrotabat cum tempore ſana redditur. Quod ſi caro plur mum incaluerit & multũ humoris attraxerit, dolorem excitat, & in quem corporis locum procubuerit, dolor vehemens percipitur, & aliqui ſibi perſuadent rupturam hanc locum mutare poſſe, huic vero remedium adferri nullum poteſt. prope enim ad naturam vlceris accedunt.

Humidum autem quod eſt in carne, com moue tur & impellitur a venis, quod quãdiu calidum craſſũ & copioſum fuerit, dolorẽ præbet, donec ſubtilitate et frigiditate ſimile fiat alteri humori Poſtquã tandẽ in venis receptũ fuerit, vena ipſa in ea parte vbi cõuulſa eſt, in loco ſuo immota manet. Diuulſa uero vena (id quod fit vel per extentionem vel per vim)fit tanquam † tuberculum quoddam quod calefactum in ſe recipit humiditatem. humor uero ille eſt a cholera & phlegmate. In quantum vero ſanguis & humor a carne deſcendens admixtus fuerit, eo ſanguis craſſior, ſibique magis ſimilis in parte venæ conuulſæ, redditur. quin & morbum maiorem & diuturniorem procreat. Qui ſi plurimum exundauerit, plenitudo illa locum

† *κιρσὸς hoc eſt tumor pedum uarices, dilatatio uenarum.*

quem occuparat deferens,in alium fe confert, tumque percipitur dolor accutisfimus, ita vt nonnullis videatur ruptura illa locum mutare. Qui humor fi forte in humerum fe contulerit,pondus in manu cum marcore & torpore excitat. Ac quoties quidem vel in venam ,vel in humerum vel denique ī tergùm procubuerit, dolor vt plurimum ftatim & facile ceffat. Fiūt autem fpafmi etiam a nimio labore,a casu,à percuffione,aut fi quis pondus aliquod magnum tollat,item a curfu et lucta & his fimilibus. Quicunquè vero aut a vulnere purulenti fiunt ,fiue hafta, fiue gladio,fiue telo infixo, tum fi ulcus per vulnus quod paulo ante acccepit refpirationem retinet,ita vt aerem frigidum facile ad fe trahat,calidum vero remittat a fe,atque ita pus debite expurget et fi ita recte tam in internis quàm in externis partibus ęqualiter curetur,omnino fanitati reftituitur: fin vero partes exteriores curentur ,interiores vero minime,purulētus euadit. Fieri etiam poteft vt tam ab intra quā ab extra curetur:crufta tamen in parte exteriore debilis afpera & liuida pèrmaneat, quæ cū denuo exulceretur empyicum

pyicũ reddit. Exulceratur vero denuo, cũ quis nimiũ laborat, aut extenuetur, aut cũ phlegma & cholera crustę infigantur, aut si aliquo alio morbo correptus extenuetur. Quando ergo vlcus fit, siue isto modo, siue quod exteriora interioribus mali aliquid communicent, accidit dolor acutus, tussis & febris. Ac frigus quidem ipsum vlcus per se sibi allicit, eo quod calidius iusto existat, ipsumque per se calorem exhalat pus que expurgat, ac longo tempore curatum, tandem sanatur: interdum etiam plane non sanatur. Caro enim ipsa & vlcus a calore in corpore existente coquuntur & humectantur, vt non possint neque exiccari, neque coalescere neque sanari. sed cum infirmus diu vitam producit, tandem moritur modo supradicto. Quod si forte vena aliqua magna vulneretur, & sanguis ad partes internas fluat & putrefiat empyicũ reddit, si postea pus illud omne expuatur & vena diuisa iterũ coalescat, vlcusque in interna & externa parte curetur, prorsus sanitatẽ recuperat. Quod si neq; vlcus quod factũ est cõcrescere, neque vena rupta coalescere potest, sed iterũ atque iterum sanguinẽ emittat,

quem

quem aut in principio euomat aut expuat, ſiue in pus conuerſum, pus expuat : tamen is vt plurimum moritur ſiue ſtatim in principio ſanguinẽ euomens, ſiue paulo poſt à cauſis ante dictis expirat. Sæpe etiã vena aliqua ĩ ĩterioribus rupta, aut a vulnere, aut ab aliquibus laboribus aut exercitiis, aut aliqua alia de cauſa, quando conſolidata eſt videturque omnino ſanitati reſtituta, ſucceſſu temporis iterũ rũpitur, idque ꝓpter eaſdẽ cauſas ꝓpter quas ĩ principio. Rupta ſanguinem emittit, & ſubito pereunt, crebro et multum ſanguinem euomentes, aut nunc iſto nunc alio tempore ſanguinem ſubito reiiciunt Puris etiam expuunt ſingulis diebus multum, idque in craſſa ſubſtantia, tandem eodem aut ſimili modo moriuntur, ſicut paulo ante aliis morbis diximus. In his aut ſimilibus morbis, multum ad facilem et difficilem curationem intereſt, ſiue infirmus ſit vir aut mulier, iuuenis an ſenex, item ſi ſit puella vel anus. Deinde differunt tempus & annus in quibus ægrotant, Multum etiam differt ſi ex alio morbo in talẽ incidũt, aut ſecus. Eſtque latitudo inter affectũ hunc & alium affectum: inter magnum & par

uum,

uum,inter hoc corpus & aliud corpus , inter hanc & illam curationem. His ita inter ſe differentibus,neceſſe eſt & tempus curationis habere differentiam,ita vt in his longiore tempore, in illis vero breuiore opus ſit:hi item moriantur iſti vero minime. Quidam etiam habeant affectus durabiles & graues,alii vero mitiores & exiguo tempore durãtes. Quibuſdam etiam morbus durat vſque ad ſenectutem,& tum demum commoriuntur.alii uero cito propter eũdem morbũ extinguuntur. Quicunque itaque iuuenes morbis corripiuntur, hi morbis a labore euenientibus,multum & fortiter affliguntur crucianturque,hi plus quam alii,quin et magis manifeſtantur in illis morbi :ideoq; ſtatim expuũt aut vomũt,morbi tamẽ magnitudo illos ſubterfugit , ꝓpter bonũ corporis habitũ . Senes vero raro affliguntur,& cũ dolent,mitius dolẽt eo quod virtus eorum ſit imbecillior , & citius remittit dolor,eo quod ipſi etiam magis curãt morbos. Ac principium quidem morbi ĩ ſene eſt omnino remiſſius quã ĩ iuuene,imo et poſtquam morbus factus eſt,in ſene eſt mitior,in iuuene vero fortior:eo quod iuuenis habeat robur

corporis

corporis,ſiccitatem & carnem denſam,firmam oſſibus que adhęrentem,circa quam cutem fir miter extenſam. Si itaque pręter conſuetudinē aliquid laborat,facile & ſubito cōuulſiones for tes & ruptiones venarum & carnis multæ va riæque accidunt, quę quidem partim ſubito, partim paulo poſt manifeſtantur. Senibus vero robur non eſt firmum,& carnes circum oſſa de pēdent, cutis etiam quæ circa carnem eſt, cū ip ſa carne eſt rara & imbecillis,ac nihil ꝓrſus ha bēt ſimile cū iuuene:ſed ſi quid ſenex patiṫ de biliter patiṫ ac cito ei malū manifeſtaṫ:ac ꝓpter- ea iuuenes in principio morbi difficilius liberā tur quam ſenes. Nam cum morbus eſt manifeſ tus ita vt aut pus aut ſanguinem aut vtrumque expuant,qui iuniores ſunt,propter denſitatem & robur corporis,non poſſunt æquabiliter pus in vlcere pectoris cōtentū expurgare,nam pul mo dēſus exiſtēs nō multū in arterias attrahit, arteriæ enim graciles & denſę nō poſſunt pus niſi exiguū idque ſenſim recipere,ita vt neceſ- ſe ſit pus in thorace & vlcere accumulari & cō denſari. In ſenibus autem quia pulmo rarior & magis cauus exiſtit & arterię ſūt latiores,ita vt

pus

pus neque in pectore, neq; in vlcere diu moretur, neceſſe eſt totum pus ſtatim ex pulmone in aſperam arteriam attrahi, atque ita expui ſubito: in iuuene igitur cum omnes affectus vehementiores exiſtant, & pro copia ſputi non debitè expurgetur, febres acutiores & vehementiores accidunt, cum doloribus vehementioribus tam ipſius affectus, q̃ corporis totius, propterea quod venæ firmiores, & ſanguine magis plenæ exiſtant, quæ vbi incaluerint dolores ab ipſis in alias corporis partes deferuntur, taleſque vt plurimũ breui temporis ſpatio intereunt. Senioribus vero quibus & dolores mitiores accidunt, & ſputum facile expurgatur, febres perpaucę & leues accidunt, cum exiguo dolore. Senes ab huiuſmodi malis nunquàm plane liberãtur, ſed longo tempore laborãtes conſumuntur, interdum pus, interdum ſanguinem, interdũ etiam neutrum expuentes: tandẽ tamen occaſione iſtius morbi moriuntur, idque eo pacto. Cum corripiũtur morbo aliquo alio qui tamen eſt ſimilis huic quem ante habebant, ita vt & nouum iſtum morbum habeant, & antiquus ille multo acutior & vehementior

fiat. ita vt plurimum consumuntur.

Quæ nunc sequuntur, vt plurimum à pleuritide & peripneumonia fiunt.

FEbris ab his generatur, quando cholera et phlegmate calefactis ab iisdem totũ corpus incalescit, id vocatur febris: calefiunt autem cholera & phlegma intrinsecus quidem à cibo & potu, à quibus & nutrimentum & incrementum accipiunt: extrinsecus vero à laboribus vulneribusq́;, calido item nimium calefaciente & frigido nimium infrigidante. calefiunt etiam ab aspectu & auditu, sed minimum quiddam ab his. Rigor etiã in morbis causatur primum ab extrinsecis quidem causis vt vento, aqua, frigore & similibus, deinde etiam ab ingredientibus in corpus cibo & potu. Maximus vero & fortissimus rigor accidit quando cholera & phlegma cum sanguine commiscentur, aut alter saltem istorũ humorum, aut etiam vterque, adhuc vero vehementior rigor accidit si phlegma solum commixtum fuerit. phlegma enim est frigidissimum, sicut sanguis calidissimus, quin & cholera est frigidior sanguine. quando igitur al

tur alter istorum humorum vel vterque sanguini permiscetur, eundé inspissant: non omnino tamen. neque enim homo viuere posset, sanguine toto & æqualiter refrigerato & inspissato. postquam iam sanguis refrigeratur, necesse est totum corpus simul refrigerari: quod cum ita accidit rigor appellatur, qui rigor si vehemens fuerit, fit tremor. venæ enim propter sanguinem qui in vnum conflu it & inspissatur, contractę, simul & corpus cõ trahunt & tremere compellunt. quando vero concretio illa sanguinis est mitior, rigor vocatur. horror vero, cum illud idem mitissime accidit. Quod vero rigorem necessario febris excipiat, siue magna siue parua ea fuerit, ita fit. Quando sanguis iterum calfactus rursus dissipatur, & in locũ suum naturalem redit, simul etiam calfiũt phlegma & cholera sanguini commixta, fitq; sanguis multo quam secundum suam naturam est, calidior. his humoribus ita accensis, necesse est febrem generari propter caliditatem sangui nis post rigorem. Sudor vero propterea ac cidit. In omnibus morbis, qui in diebus cre ticis iudicantur, cum calor excellit & pene-

Rigor quid.

Tremor quid.

Horror quid.

trat, liquefacit de cholera & phlegmate per-
mixtis cum ſanguine, id quod eſt tenuiſsimũ
& expellit. atque ita pars aliqua recedit extra
corpus, alia vero adhuc in ipſo corpore re-
linquitur, alia item portio à caliditate atte-
nuata in vaporem conuertitur cumque ſpi-
ritu commixta exhalat, his ita ſe habentibus
ſudor hoc modo generatur. Quod vero ſæ
pe recurrãt nunc calor nunc frigus, ideo acci
dit. Calor ſiquidem fit, maligna materia
excalfacta, aduſta, attenuata & ſuperata, quæ
non multo poſt expellitur, id quod per calo
rem fieri neceſſe eſt. frigus vero à multitudi-
ne humoris peccantis fit, qui ab eo quod ex-
cretum eſt relinquitur, eo quod firmiter ac te
naciter adhæreat, neque adhuc concoctus, ex
tenuatus aduſtuſque ſit. ſed frigidior, craſsi-
or & malignior excernitur id quod ex eo li
quet. quod qui frigidum ſudorem emittunt
vt plurimùm longis morbis vexantur, eo
quod materia maligna quę relinquitur, tena-
citer infixa eſt. qui vero calidum ſudant, ci-
tius à morbo liberantur.

Pleuritis & Peripneumonia ita generantur.

Pleureſis quidem ita fit, cum quis de forti
potu

potu multum & ſubito aſſumit, totum corpus a vino calidum & humidũ redditur, maxime vero cholera & phlegma calefiunt & humectantur, his cõmotis & humefactis accidit rigor tam ebrio quàm ſobrio, eo quod pleura ſi qua alia pars corporis, extrinſecus nuda carne exiſtat, intrinſecus vero nullo membro muniatur præter ventriculo, qui & ipſe facile rigorem percipit. Cum itaq; rigore & frigore moleſtatur, venæ & caro quę circa pleuram ſunt contrahuntur & conuelluntur. ac quicquid tum in carne tum in venis illis cholerę & phlegmatis ineſt, id aut ſecundum maiorem partem, aut totũ omnino intro recedit attractũ à calore (exterior enim caro eſt congelata) tandemq; in pleuram infigitur, & excitando dolorem fortem calefit, calore etiam à vicina carne & venis quicquid eſt phlegmatis & choleræ in ſe recipit. iſto modo hæc fiunt. Vbi vero quę ad pleurá ſunt attracta, putrida expuuntur, ſani fiunt: ſed cũ iam antè multum in pleura continetur, aliud adhuc accedit, ita vt prę nimia phlegmatis abundantia non poſsint expuere, aut cito moriuntur aut empyci fiunt, ex quibus poſtea

aliqui moriuntur, aliqui vero euadũt, id quod præuideri poteſt in diebus creticis, videlicet ſeptimo, nono, vndecimo & decimoquarto.

Dolor autem pertingit ad humerum, clauiculam & alas, propter has cauſas. Vena ſplenetica dicta pertingit à ſplene ad pleuram & inde ad humerum, tandémque ad manum ſiniſtram: hepatica vero eodem modo ad dextras partes pertingit. Itaque quando vena ad pleuram perueniens, rigore & horrore corripitur, ſanguis in ea contentus ad alam, clauiculam & humerum pertingens conuellit partes illas & dolorem excitat, eodem etiam modo partes in tergo contentæ, ab humoribus illis phlegmatico & cholerico in pleura affixis, calefiunt. interdum etiam dolor communicatur inferioribus pleurę partibus. Sępe etiam quando ad inferiora dolor conuertitur, per venas dolor veſicæ communicatur, túmque multum humoris cholerici mingunt. exiſtimant vero huius morbi principium & cauſam eſſe rigorem.

Peripneumonìa.

Peripneumonia quo pacto fiat.

Peripneumonia fit, quádo cholera & phlegmate commotis calfactiſque, pulmo ſupra

iam in eo contenta,ex locis vicinis trahit, & calefacit totum corpus,dolorem excitando: idque precipue in tergo, lateribus ,humeris, & ſpina, eo quod humorem in illis contentum ad ſe trahit, ſimulque exiccet & calefaciat eadem membra: qui humores poſtquàm defluxerunt & in pulmone quaſi fixi ſunt, cholera & phlegma ibidem putreſcunt & in pus conuertuntur , quod ſi in diebus creticis putrida ſputo reiecerint,ſani euadunt. Si vero pulmo & ea quæ in principio in eum decumbunt receperit,& alia inſuper acceſſerint,ita vt neque concoctione neque expuitione vicerit , præ nimia copia eorum quæ in pulmonem deſcendunt moriuntur vt plurimum. Si ad vigeſimum ſecundum diem peruenerint & febris ceſſauerit,et interim nihil expuerint empyici euadunt. euadunt vero empyici ex maxime acuta pleuritide & peripneumonia.

Peripneumonia & pleuritis ἄπτυσος.i.ſine ſputo.

Quando vero pleureſis & peripueumonia ſine ſputo exiſtunt,id vtrique accidit à ſiccitate:exiccant vero tam calida quando nimium calefaciunt, quàm frigida,quando nimium in

um in

um infrigidant. Induratur vero hoc modo et pleura ipſa, & venæ in ea contentæ conuelluntur, tum quicquid in his eſt phlegmatis & choleræ præ caliditate areſcit doloremque excitat & cum hoc febrem. In tali caſu confert ſecare venam vel ſiniſtræ vel dextrę manus, in eodem ſcilicet latere in quo morbus fuerit: ita enim dolor tam lateris quàm aliarum partium mitigatur. vena enim quicquid cum ſanguine peccante choleræ & phlegmatis continet maxima ex parte emittit. Id vero quod in carne continetur per pharmaca & potiones et calefactoria extrinſecus admota diſsipatur, ita vt morbus per totum corpus diſpergatur. ideoque hęc pleuritis vocatur ſine ſputo. Peripneumonia vero talis fit, quando pulmo ipſe exiccatus fuerit, & cum cholera & phlegma quæ in eo continentur, neque putrefiãt ęqualiter neque expuantur, ſed quicquid in ipſo eſt humoris vel à potu vel à ſorbitionibus, aut ex locis vicinis attractum, id totum aduritur à nimia caliditate et ſiccitate. His prodeſt vt bibant potiones, quibus pulmo humectetur, & ad expuendum prouocetur, niſi enim expuãt durior fit pulmo &

Pleuritis ἄπτυςος.

Peripneumonia ἄπτυστος.

mo & areſit, tandemq́ hominem interimit.

Quod Cauſos, tam cholericos, quàm phlegmaticos inuadat.

CAuſos ſiue febris cum ardore maxime inuadit cholericos, interdū etiam phlegmaticos idque eo modo. Quando ſcilicet cholera commouetur in corpore, ita vt venę & ſanguis, cholera quaſi difluant, plurimum tamē affluit ex carne & ventriculo. cum itaque id quod calidiſsimum in corpore exiſtit, nempe ſanguis, magis calefit à carne & ventriculo & à cholera in his exiſtentibus, ſimul calefacit totum corpus: & aliqua quidem membra in corpore propter abundantiam humoris non poſſunt omnino exiccari: ſed ſi exiccentur, homo cōtinuo moritur. Aliqua vero vtpote exteriora corporis mēbra natura ſicca, nimium exiccantur ac quaſi aduruntur, maxima humoris copia (quæ in eis continebatur abſumpta) ita vt ſi illa tangas, frigida & ſicca inuenias. ideoque qui Cauſone laborant, in interioribus aduruntur, in exterioribus vero frigidi ſunt, lingua vero & guttur exaſperantur & exiccantur à ſpiritu & caliditate in interioribus partibus exiſtentibus.

καῦσος id eſt, febris ardens.

De cholera vero in ventriculo & veſica existente ita ſe res habent.

Quod ea quę in ventriculo cõtinetur, interdum per inferiora reiicitur, vt plurimum tamen in primis quatuor aut quinque diebus euomitur, idque hoc pacto. Quando orificium ſtomachi nimium calefit, eam ad ſe trahit & poſtea euomit, & propter hoc ipſum infirmi ex cauſone & pleureſi, maximè in peripneumoniam tranſeunt. Quando enim ſuperior vẽtriculi pars nimium calefit, dictam choleram attrahit, quam cum pulmo recipit fit peripneumonia, & vt plurimum moriuntur, partim quod iam tum vires multum ſint debilitatæ: partim etiam quod nouus morbus inſuper accedit, ideoque non poſsint per tot dies durare, donec ſputum in pulmone fiat maturum: ſed vt plurimum propter debilitatem moriũtur, aliqui tamen euadũt. Quibus in veſicam aliquid choleræ influit, hi vrinam craſſam emingunt, idq; propter phlegma admixtum, excrementa vero ſunt cholerica, eó quod quæ aſſumuntur in ventriculo combuẽuntur.

Phrenitis

Phrenitis quo modo fiat.

PHrenesis hoc modo fit, sanguis in homine, plurimum, aliqui dicunt omne confert ad intelligentiam, quando igitur cholera mota, venis & sanguini commiscetur, commouet ac disturbat sanguinem à propria consistentia & motu, eúmque plus iusto calefacit, sanguine excalfacto, simul totum reliquum corpus calfacit, & ita homo desipit, neque sibi ipsi constat propter exuperantiam febris, & perturbationem ac commotionem sanguinis præter consuetudinem factam. Phrenetici vero quod ad mẽtis alienationem spectat, maxime sunt similes melancholicis. hi enim cum sanguis propter choleram & phlegma corrumpitur, in morbum incidunt & mente capiuntur: quidam etiam insaniunt, id quod phrenesi similiter accidit. tanto vero rarius accidunt furor & insania, quãto cholera phlegmate imbecillior fuerit. *Sputum vero in pleuresi & peripneumonia est sanguinolentum & liuidũ, propterea. In principio nam*que neutrum expuunt, neque liuidum neque sanguineum: & hoc est signi morbum esse vehementem. Quando vero incipiunt sputum

Phrenetici ãsimiles melancholiis.

mediocriter crassum expuere, tum purgantur maximè: expuunt vero talia propter dilatationẽ venarum, in pleuresi quidem earũ quæ sunt in pleura, in peripneumonia vero earum quæ sunt in pulmone, vtroque membro calorem ad se trahente.

ῥηγματίης .i. ruptus, σαβακὸς .i. putridus quo modo fiat.

SI vero is qui talem morbum habet sit ruptus, aut alioqui putridus, statim prima die sanguinem, pus saniosũ, & liuidum cum sputo reiicit: liuidũ vero quod est à sanguine fit, quando videlicet parum sanguinis cum sputo commiscetur, & non statim expuitur, sed manet semiputridum & imperfectè coctum in corpore. Moriuntur autem ex pleuresi, quando in principio multum de cholera & phlegmate pleura infixum sit, multumq; insuper ex reliquo corpore affluxerit, ita vt neque expuere præ multitudine, neque pus generare queat: implentur vero arteriæ à phlegmate & pure, quæ eas ingrediuntur, & proptereà stridẽt & frequenter respirant, tandẽ omnibus obstructis patiens moritur. eodem modo ex peripneumonia intereunt. Qui

cunque

cunque vero ex causone moriuntur, hi propter siccitatem moriuntur. Et exiccantur quidem primo membra illa extrema pedes & manus, postea alia membra ſicciora. poſtq̃ quicquid eſt humidi in corpore vndequaq; exuſtum & exiccatum fuerit, ſanguis quidem omnino congelatur & infrigidatur, reliquum vero corpus exiccatur & ita mors ſequitur.

Ex phreneſi vero ita moriuntur. Omnino deſipiunt ex morbo, ſanguine corrupto & ex loco ſuo naturali dimoto. ita deſipientes nihil quod ſit alicuius momenti eorum quæ ipſis offeruntur ſumunt processu temporis arefiunt & conſumuntur partim propter febrem, partim quod nihil nutriantur, & in primis exteriora cõſumuntur & infrigidantur, poſtea viciniora membra, huius mali principium exiſtit frigus, calor & labores. Poſtq̃ vero ſanguis qui eſt in venis à phlegmate refrigeratus fuerit, totus in ſe concidit & contrahitur, interdum etiam tremit ad extremum omnia infrigidantur & moriuntur.

FINIS PRIMI LIBRI.

HIPPOCRATIS DE MORBIS LIBER SECVNDVS.

Phlegma in capite, alore liquefactum quos morbos procreet.

VRinæ multum emittitur, quando capite nimium calfacto, phlegma quod in eo continetur liquefit. id enim liquefactum aut in nares, aut in os, aut denique in venas, quæ id ipsum in pudenda deferunt, incumbit. postquam vero in pudenda decubuerit, dum mingunt, eadem patiuntur, quę & illi qui stranguria laborat. Quando phlegma illud venas oculos ingredientes occuparit, visus obscurus aquosus & turbidus redditur. ac lucidum illud in oculo, non æque lucet ac splendet (cum patiens videre cupit) atque ante dum oculus adhuc lucidus & purus erat. talis in quadraginta diebus vt plurimum curatur. Si vero lōgo tempore post morbus reuertatur, cutis capitis incrassatur, totum corpus intumescit, ingrossatur pulchriusque redditur: tale nanque phlegma in carnem descendit, & ideo cor-

pus

pus apparet craſſum, carnes enim cum ſint humidæ tumidæ & raræ, ſanguinem è venis attrahunt, & ideo pulchriores apparent.

Puſtulæ in capite à quibus cauſis proueniant.

CAput vlceribus impletur, corpus intumeſcit, cutis colorem aurugineũ concipit, & nunc in hac nunc in illa corporis parte vlcera enaſcuntur, febris etiam iã iſto nũc alio tempore inuadit, ex tergo aqua emanat. huic ſi in ipſo capite phlegma cum humore cholerico infixum ſit, eiuſmodi puſtulas generat, tum cum caluaria ipſa à phlegmate & cholera commixtis & rarefactis, madida & humida reddita fuerit, ita vt poſtquam phlegma & cholera ibi conſiſtant, neceſſe ſit ſequi putrefactionem & vlcerationem, idem phlegma attenuatũ in aures deſcẽdit. Quin & in toto reliquo corpore vlcera eodem modo quo in capite ipſo fiunt, putrefacto ſcilicet ſanguine & cholera, in quocunque tandem loco congregata fuerint, carne enim putrefacta & vlcerata, ſimul putrefit quicquid in eam deſcendit vel choleræ vel phlegmatis, & ita pus generatur. *Alius morbus.*

περιωδύνη hoc eſt vehemens dolor capitis.

Alius morbus.

VEhemens dolor caput occupat, cholerã vomit, difficulter mingit ac inſanit. Talis magnum ſentit dolorem in capite, propterea quod caput nimium eſt calefactum. Delirat quãdo ſanguis in capite propter choleram aut phlegma calefactus, pręter conſuetudinem in capite commouetur. Choleram euomit, primum quod illa in corpore dimouetur, deinde quod caput ſua caliditate eam ad ſe trahens, id quod ex ea craſſiſſimum eſt vomitu reiicitur, ſubtiliſſimum vero in ſe recipit. Mingit vero etiã in tali morbo propter cauſas in alio morbo, paulo ſupra expoſitas.

ὑπερέμετος, ideſt, ſuperuomitus ſiue abundantia venarum quid ſit.

Alius morbus.

CVm venæ circa cerebrum abũdauerint, nomen quidem non eſt aptũ morbo, eſt enim impoſſibile, aliquam venam exundare, ſiue exigua ea fuerit, ſiue magna. Nominant tamen & dicunt ὑπερέμετον ideſt ſuperuomitum, etiamſi (cum vel quàm maxime fiat talis in venis abũdantia) morbus tamen inde non gigni videatur. Neque enim eſt poſſibile, vt

le vt à bono malũ proueniat, ſicut neq; â malo bonum, ſed tamen abundare videntur venæ, quando cholera & phlegma in eas ingrediuntur. Attolluntur enim tum venæ & pulſant, dolorq; circa totum caput exoritur, aures etiam prę tinnitu nihil audiunt: tinniũt vero propter pulſationem & concuſsionem venarum, ita enim ſonus fit in capite. Difficulter etiam audiunt partim propter externũ ſonitum & ſtrepitum, partim quod cerebrum & venæ quæ circa aures ſunt attolluntur, ſiquidem præ nimia caliditate cerebrum ex ſe ipſo, vacuũ illud quod circa aures eſt implet. Et quia non eadem aëris copia, quæ prius in auribus continetur, neq; ſimilis ſonitus excitatur, aures etiam non ſignificant æqualiter cerebro quæ dicuntur, & ideo homo male audit: huic ſi phlegma aut cholera in nares aut in os inciderit, ſonitus redit. Quod ſi nihil inde effluxerit, circa diem ſeptimum moritur.

Si verò in ipſo capite venę abundauerint, abundant propter eaſdem cauſas, de quibus iam ante diximus. Signũ vero quod hoc propter tales cauſas fiat, hoc eſt. Quod ſi vel manũ vel caput vel aliqđ aliud mẽbrũ tali mor-

bo affectũ incideris,effluit ſanguis niger tur-
bidus & morbidus ita vt ne ſanguis quidem
merito dici debeat,niſi fluat purus & rubicũ
dus. Quando ergo propter eaſdẽ cauſas ex-
undauerint,dolor, tenebroſitates & grauedo
caput occupant. Dolor quidem propter ſan-
guinem excalfactum. Vertigo ſiue viſus ob-
ſcuritas,ideo quod ſanguinis copia in anterio
rem capitis partem procumbit:grauedo vero
ideo quod plus turbati & morboſi ſãguinis in
ipſo capite, quam in exterioribus eius parti-
bus contineatur.

Σφακελισμός ſiue ſideratio cerebri.

SI cerebrũ ſideretur,dolor ex capite in ſpi-
nam deſcendit, cor ipſum deliquium ani-
mi & ſudores occupant, ſequũtur inſomnia,
& ex naribus ſanguis fluit, ſępe etiam ſangui
nem euomunt. Sideratur vero cerebrum,mo-
do quo nunc dicam.Cum præter conſuetudi
nem vel calefit,vel refrigeratur,aut phlegma
tico cholericóue humore imbibitur. Si tale
quiddam cerebro accidat,etiam ſpinalis me-
dulla calefit, qua excalfacta dolor in ſpina i-
pſa excitatur. Accidit autem animi deliquiũ,
quando ad cor vel cholera vel phlegma afflu
xerit,

xerit, id quod necessario accidit, cum cōmouentur & humectantur. Sudor vero propter dolores excitatur. Sanguinem vomunt, quando venæ in ipso capite contentæ, ab ipso cerebro, & venæ quæ circa spinam sunt, ab ipsa spina, spina vero ab ipsa spinali medulla, medulla tandem illa, à cerebro ipso vnde & originē ducit, excalfacta fuerint. Cum ergo venæ incaluerint & sanguis in eis contentus efferbuerit, is quidem qui in cerebro ipso continebatur, in nares: qui vero à spina emanat, in os decumbit. Talis vt plurimum in tertio aut quinto die moritur.

Alius morbus.

SVbito dolor caput occupat, & statim mutus fit omninoq; debilitatur, talis in spacio septem dierum moritur, nisi eum febris inuaserit, quæ si eum inuaserit, euadit. Talia patitur cum cholera nigra in capite commota fluxerit, idq; vel in collum vel in pectus, vbi plurimæ sunt venæ, tādem apoplecticus & † intemperatus euadit, propter sanguinem refrigeratum. Quod si vires præualuerint, ita vt sanguis

† ἀκρατὴς hic uidetur significare idē quod, stupidus, et qui moueri non potest.

ſanguis vel ab iis quæ aſſumuntur, vel ſua ſpõte calefiat, iterũ eleuatur ſanguis, diffunditur ac mouetur, reſpirationemq́; efficit, ſpumat, & à cholera iſta nigra purgatur, tandemq́; ſanitati reſtituitur. Si virtus defecerit magis infrigidatur. Cumq́; omnino refrigerato ſanguine calor euanuerit, omnino congelatur, immotusq́; permanet, tandem moritur. Quod ſi ex ebrietate alicui hoc accidat, eadem omnino patitur & extinguitur.

τερηδὼν idest Teredo ſiue corroſio in capite.

TEredo. Quando teredo ſiue corroſio in oſſe fit, dolor ex oſſe incipit, proceſſu tẽporis abſcedit cutis à capite iam in iſto iam in alio loco, hæc accidunt cui inter duplicatũ os cranei, contentum phlegma exiccatum fuerit. inde enim os illud omnino aridum, omniq́; humore deſtitutum redditur, quo ita ſicco exiſtente, cutis ab eo diſcedit. Talis morbus non eſt letalis.

βλητός attonitus ſiue apoplecticus.

SI cui apoplexia imminet, dolet in anteriore capitis parte & oculis, neq́; æqualiter videt, dormiturit, venæ pulſant cũ febre debili

ac to-

ac totius corporis intemperie: talia accidunt, cum venæ in capite excalfactæ ad se phlegma trahunt, atque hoc quidem est principium morbi. anterior vero pars capitis ideo dolet, quod venæ in illa parte sint crassiores, & quod cerebrum magis in anteriorem quam posteriorem partem promineat. Oculi ideo non funguntur suo munere, eo quod cerebrũ iam phlegmonem concipiens ad oculos promineat. Corpus vero intemperies occupant, ideo quod in venis postquã phlegma in se traxerint, necessario propter phlegma sanguis magis sistitur & frigidior quã antea erat redditur. Sanguine nõ moto, fieri nõ potest, quin & reliquum corpus desidia & torpore infestetur. Quod si sanguis ac reliquum corpus preualuerit, ita vt rursus calefiant, sanitati restituitur. si vero phlegma præualuerit, sanguis magis infrigidatur & congelatur. Quod si in frigidatione & condensatione tantum procedat, tandem homo omnino congelatur & infrigidatur atq; ita moritur.

Cynanche.

CYnanche fit quando phlegma quod prius in capite continebatur, commotum su-

bito vel in maxillas vel in collum incidit. Talis ſaliuam deglutire non poteſt, ſed difficulter reſpirando ſtridet, interdum etiam febris eum corripit. Ac morbus quidé iſte à tali cauſa fit, interdum ſub lingua, interdum etiam parum ſupra pectus.

ςαφύλη quid.

STaphyle ſiue vua fit, quádo à capite in gurgulionem phlegma deſcendit, ac dum dependet ruborem concipit, quod ſi diu ita duret, nigreſcit, & quidem propterea, quod gurgulio venis craſsioribus ſcateat, adeo vt cum phlegmonem conceperit, multum incaleſcat, quo calore ex venis multum ſanguinis attrahit, qui ab eodem nigreſcit. Ideoq; niſi per ſe tumidum ac maturum illud apoſtema incideris, ſtatim interficit, venæ enim calfactæ ſua caliditate, ſanguine implent vicinas gurgulionis partes, atq; ita hominem ſuffocant.

Α᾿ντιάδες.

ANtiades, ideſt, morbus tonſillarũ: & hypogloſsides. i. morbi ſub lĩgua: & ὖλα, id eſt, mala gingiuarum: & gloſſa. i. linguæ affectus, & quicunq; alii morbi in illis partibus accidunt. omnes hi morbi cauſam mali à phlegmate

gmate habent. phlegma enim ex capite descẽdit, caput autẽ ex corpore attrahit, trahit vero cum calefactum fuerit. Sed calefit aut à cibis, aut à sole, aut à laboribus & igne. Ita calefactum ad se trahit ex toto corpore id quod est tenuissimum, quod vbi iterum diffluit, rursus in corpus descendit.

MORBI EX CAPITE originem habentes.

REpletione in capite existente, si forte ab aliqua iam dictarum causarum incaluerit, stupor caput occupat, patiens crebro mingit, & reliqua patitur, quæ stranguriam comitari solent. Is nouem diebus talia patitur, tũ si vel per nares aut aures, aqua seu muccositas effluxerit, à morbo liberatur, cessatq; strãguria: mingit tamen vsq; ad vigesimum diẽ, sine dolore copiosam & albam vrinam, dolor capitis remittit, oculorum acies obtunditur, ita vt dimidiatas personas cernere videatur. Talis in quadragesimo die sanitati restituitur Multi sunt quibus talis morbus in septimo aut decimoquarto anno recurrit, quibus cutis capitis intumescit, tangenti cedens: hi à paucorum

corum

corum ciborũ vſu, pleni & bene colorati apparent, obtuſe tamen audiunt. Si ad talem fueris vocatus adhuc in principio morbi, antequam aqua per nares vel per aures effluxerit, & habeat patiens vehementem dolorem capitis, bonum erit ei caput radere & circum alligare vtrem coreaceum aqua calida quãtum tolerare poteſt plenum, vt inde caput tepefiat, quo refrigerato, alium apponemus. Si vero ęger debilitetur, ceſſabis & parum more interponens, redeas viciſsim ad prædicta remedia donec dolor capitis remittat. Aluo cõſtipata lenias cliſterem exhibendo, ac poſtquam biberit ea quæ vrinam prouocant, ſuperbibat melicratum aqua dilutum, calidus autem quã maxime conſeruetur. Sorbeat item ſuccum ptiſanæ tenuem. Si venter iterum non fluat, ab † herba mercuriali cocta in aqua, ſuccum exprime, quem æquis partibus cum ſucco ptiſanæ commiſce, addendo parum mellis, hoc bibat ter in die ſuperbibendo parum vini aquoſi albi, aut colore mel præ ſe ferentis. Si vero muccus per nares cœperit defluere, iãq; vrinam craſſam emittat, dolor item capitis ceſſet, vtreolo iſto ãplius non vtator, ſed poſtquam

† λινόζωσις Mercurialis herba.

quam copioſo aquæ calidæ balneo vſus fuerit, bibat diuretica & melicrata cum aqua mixta, ac primis diebus ſorbeat milium, comedat cucurbitam aut betam tribus diebus. Poſtea vtatur cibis mollificantibus & excremen toſis, ſenſimq́ꝫ parum addat cibi. Vbi vero quadrageſimum diem exceſſerit (pleruncꝫ enim in tali temporis ſpacio morbus iſte conſiſtit) caput ægrotantis purgabis, in primis exhibendo ei, ſi tépus anni patitur, pharmacum quod per inferiora purget, poſtea ſepté diebus, aut (ſi debilis ſit) paucioribus, bibat ſerum lactis. Si tandem morbus recurrat, totum corpus patientis calefaciens, ſequēti die exhibe helleborū, deinde interpoſito aliquo temporis ſpatio pro vt tibi videbitur, iterum purgabis caput pharmaco quod per inferiora purget: tádem caput adure ita vt octo cru ſtas efficias, duas circa aures duas item in vtracꝫ ceruicis parte reliquas duas circa angulos nariū, aduréndo venas prope aures donec pulſare deſinát. Ferramétis vero cuneos adaptes ita vt per tráſuerſum venas vres. His factis ſanitas recuperabitur.

Alius morbus. Vlcera in capite.

CApput vlceribus ſcatet & crura intumeſcunt, non ſecus poſt nimiam aquæ potionem, tandem tumor tibias occupat, quas ſi compreſſeris, præ ſe ferunt colorem aurugineum, vlceraq; nunc in iſta nunc in alia corporis parte, maxime tamen in tibiis erumpunt, quæ poſtquam deferbuerunt cito curantur, febris tales incertis temporibus occupat, caput vero ſemper incaleſcit, & ex auribus aqua effluit. Quæ cum ita ſe habuerint, pharmacũ exhibendum erit, quod per ſuperius cholerã & phlegma expurget, ſi frigus patiatur, calefacias eũ ac laues aqua calida, poſtea vbi per triduum acquieuerit, caput purga offeráſque pharmacum quod per inferius purget, ſi tempus patitur etiam ſerum lactis bibat, ſin minus, lac aſinæ potet, poſt purgationes: vtator tenuiſsimo victu & qui facile expurgetur, ac lauetur minime. Si vero caput adhuc vlceretur, lauabis hominem multa aqua calida, abſtergendo cum vnguento illo quod conſtat ex fecibus vini aduſtis cum corticibus glandium ſimiliter attritis, ac nitro loto pari pondere. Caput vero inungas vnguento quod cõ

ponitur

ponitur ex axungia ſiue adipe ſuillo, & oleo laurino, addendo his baccas lauri, galla, myrrham, thus & florem argenti, omnia trita. Tẽpore ſequenti vomat ter in menſe: vtator exercitiis tandẽq; in aqua calida lauetur. Quod ſi his remediis abhibitis, morbus in aliis corporis partibus curetur, in capite tamen adhuc vlcera generentur: iterũ purgabis caput pharmaco per inferius, poſtea in capite prius raſo facias tenues inciſiones, cumq; ſanguis effluxerit eum detergas: tandem lanam humidã vino aſperge & ſuperligato, quam vbi religaueris, ſpongia quicquid eſt humoris deterge, ita tamen ne vel caput vel ſpongiá multum humectes, ad poſtremum Cypariſſum aſperge, oleoq; inunge. His vinculis lineis vtere donec reualeſcat.

Alius morbus. Alia ſpecies doloris capitis.

VEhemens dolor caput occupat, & propter leuem commotionem cholerá vomit, interdum etiam difficulter mingit & delirat, quandoq; in ſeptimo die moritur. Quẽ ſi ſuperuixerit, fieri poteſt vt moriatur in nono aut vndecimo, niſi quid per nares aut aures erumpat, quod ſi erupuerit, euadit. Effluit

Alius morbus. Vlcera in capite.

CApput vlceribus ſcatet & crura intumeſcunt, non ſecus poſt nimiam aquæ potionem, tandem tumor tibias occupat, quas ſi compreſſeris, prę ſe ferunt colorem auruginem, vlceraq́ nunc in iſta nunc in alia corporis parte, maxime tamen in tibiis erumpunt, quæ poſtquam deferbuerunt cito curantur, febris tales incertis temporibus occupat, caput vero ſemper incaleſcit, & ex auribus aqua effluit. Quæ cum ita ſe habuerint, pharmacū exhibendum erit, quod per ſuperius cholerā & phlegma expurget, ſi frigus patiatur, calefacias eū ac laues aqua calida, poſtea vbi per triduum acquieuerit, caput purga offeráſque pharmacum quod per inferius purget, ſi tempus patitur etiam ſerum lactis bibat, ſin minus, lac aſinæ potet, poſt purgationes: vtator tenuiſsimo victu & qui facile expurgetur, ac lauetur minime. Si vero caput adhuc vlceretur, lauabis hominem multa aqua calida, abſtergendo cum vnguento illo quod conſtat ex fecibus vini aduſtis cum corticibus glandium ſimiliter attritis, ac nitro loto pari pondere. Caput vero inungas vnguento quod cō-

ponitur

ponitur ex axungia siue adipe suillo, & oleo laurino, addendo his baccas lauri, galla, myrrham, thus & florem argenti, omnia trita. Tépore sequenti vomat ter in mense: vtator exercitiis tandémq; in aqua calida lauetur. Quod si his remediis abhibitis, morbus in aliis corporis partibus curetur, in capite tamen adhuc vlcera generentur: iterũ purgabis caput pharmaco per inferius, postea in capite prius raso facias tenues incisiones, cumq; sanguis effluxerit eum detergas: tandem lanam humidã vino asperge & superligato, quam vbi religaueris, spongia quicquid est humoris deterge, ita tamen ne vel caput vel spongiá multum humectes, ad postremum Cyparissum asperge, oleoq; inunge. His vinculis lineis vtere donec reualescat.

Alius morbus. Alia species doloris capitis.

VEhemens dolor caput occupat, & propter leuem commotionem cholerã vomit, interdum etiam difficulter mingit & delirat, quandoq; in septimo die moritur. Quẽ si superuixerit, fieri potest vt moriatur in nono aut vndecimo, nisi quid per nares aut aures erumpat, quod si erupuerit, euadit. Effluit

vero aqua humore cholerico mixta, quæ cũ tempore putrefacta in pus conuertitur. His ita ſe habentibus. Si dolor capitis adhuc eſt in principio, antequam quicquam per nares vel per aures effluxerit, ſpongias in aquá calidá immergens, ſtatim capiti admoue, quod ſi ne ſic quidem humor diſſoluatur, vtaris vtreolo modo prius dicto. Bibat melicratum aquoſum, ſi neq; eo pacto melius habeat, bibat aquá de farina craſsiuſcula, ſuccumq; ptiſanæ ſorbeat, ſuperbibendo vinum album aquoſum: poſtquam vero per aures aliquid emanauerit, febriſq; & dolor remiſerit, vtatur cibis multum excrementoſis & parum nutrientibus, incipiendo à minima digta paulatim aliquid adiiciendo, caput lauetur aqua calida & aures abluantur pura aqua, immittaturq; in eas ſpongia melle imbuta. *Si* hoc pacto fluxus non ſiſtatur, ſed longo tempore fluat, leuiter conteras argenti florem, Sandaracá & Pſymmithium æquales partes ſingulorum, his imple aures: ſi vero ita quicq̃ promanauerit, aliquod pharmacum ſupra imponas, vbi vero aures exiccatæ fuerint. purgabis abluédo pharmacum. Deinde quia aures, ſtatim

dum ita exiccantur quaſi obſurdeſcunt,opus eſt adhibitione mediocrium fomentorum, nam ne ſic quidem (niſi longo tempore) ad naturalem ſtatum reuertuntur. Moriuntur vero ſi vehementi dolore in auribus exiſtente, in ſpacio ſeptem dierum nihil effluxerit. quare talis erit lauandus multa aqua calida, ſpongiæq; in aqua calida humefactæ, dum adhuc tepent exprimantur,atq; ita auribus applicentur. Quod ſi neq; hoc pacto aliquid fluat, fomenta auribus adhibebimus, & vtatur ſorbitionibus ac potionibus iiſdem, quibus vtuntur hi qui laborant morbis quorum iam ante mentio facta eſt.

Alius morbus. Cerebrum aqua vel humore phlegmatico abundans.

SI aqua in ipſo cerebro generatur,acutus dolor caluariam & tempora nunc hic nunc illic occupat,rigor etiam & febris nunc iſto nunc alio tempore percipitur, regionem oculorum dolor occupat , deprauateq; vident, quin & pupilla diuiditur,ita vt ex vno oculo binas res cernere videantur , tandem ſi morbus augeatur,vertigine corripitur, neque ventum neque ſolem ſuſtinet , aures tinniunt,

& ſono percepto moleſtantur: euomunt ſaliuam,ſputum interdum & cibos, cutis capitis molleſcit delectanturq; contactu Quando quis ita affectus fuerit,primo propina ei pharmacum quod per ſuperiora,phlegma educat, deinde caput purga, poſtea vbi aliquãdiu eũ acquieſcere permiſeris, pharmaco per inferius purgabis. Tandem reficies eum cibis maxime excrementoſis,ſemper pauca addendo. Vbi vero nunc eo peruenerit vt ſufficientẽ & certam victus rationem ſeruet: vtatur vomitu mane,aſſumens in hoc phacium ſiue ius lẽtium cum melle & aceto mixtum,prius tamẽ oleribus commeſtis, & die illa in qua vomit prius bibat Cyceona tenuem:ac poſtea parce cœnet ac lauetur,deambulet poſt cibum:mane ventum & ſolem vitet,ad ignem omnino non accedat. Talia ſi fecerit,ſanitati reſtituetur. Quod ſi non reualeſceret,in vere eũ purgabis primum exhibendo helleborum, ſecũdo pharmacum per nares immittendo, tãdẽ interpoſito aliquo tempore per inferius purgabis,deinde refice eum cibis.caput ac caluariam pręcipue leuiter incide, quin vſque ad cerebrum perfora,atq; ad poſtremum foramẽ

viciſsim

viciſsim tanquam membrum pertuſum cura.

Alius morbus. Alia ſpecies doloris capitis.

RIgor dolor & febres caput infeſtant, maximeq́ aures & tépora: caluaria & regio oculorum dolet: ſupercilia vidétur quaſi aduri: caput ipſum grauedo tentat, ac ſi quis talia patientem mouerit, mingit, idq́ multum & facile: dentes ſtupor occupat: venæ attolluntur quæ in capite pulſant: patiens non eſt tráquillus, ſed iactitat ſe perpetuo ac mente capitur præ dolore. Huic ſi per nares aut aures aqua purulenta effluxerit, euadit. ſin minus ſpacio ſepté dierum vt plurimum moritur. Morbus iſte maxime fit à pinguedine ſeu plenitudine cum videlicet quis à febre liberatus & nondum purgatus ſe aut nimio cibo aut vino implet, aut in ſole dormit. Taliter diſpoſito ſtatim ſanguis ſi commode id fieri poteſt in capite mittendus eſt. poſt miſsionem ſanguinis raſo capiti refrigerantia admouebis, ac ſi venter ſit conſtipatus, eundem lenias: in potu dabis ſuccum ptiſanæ frigidum & ſuperbibat aquá. Quod ſi vſu frigidorum non remittat dolor, permutato remedio, vtaris vtreolo, ca-

putq́

putq; calefacias, cessante dolore vtatur cibis excrementosis,& caueat à repletione. Vbi vigesimum diem attigerit, dolorq; cessauerit, calefacias caput,& pharmacum per nares admoue, postea interpositis tribus diebus, pharmaco per inferius purgabis.

Alius morbus. Alia species doloris capitis.

SI venæ sanguine abundauerint, sanguis circa cerebrum existens, ipsum calefacit, vehemens febris cum dolore tempora, caluariã & occiput occupat, aures tinniunt, ac spiritu implentur, ita vt ęger nihil audiat: interim multũ cruciatur, ęger se ipsum prę nimio dolore huc & illuc iactitat, moriturq; in quinto aut septimo die. Ita laboranti caput calefacias. nã si eruperit aqua vel per aures vel per nares, effugit mortem, cumq; sex dies excesserit, cibabis eum eodem modo quo alios, de quibus iam dictum est.

Alius morbus.

SI venæ in caput exundauerint, subito dolor totũ caput, collum, item nunc has nunc alias capitis partes occupat, qui morbus si inualuerit, vertigo quidem, febris vero minime sequitur.

ſequitur. Sic laboranti raſo prius capite, ſi dolor non remittat calefactoriis adhibitis, diuide cutem frontis à capite in ea parte vbi capillus deſinit: poſt inciſionem diſtracta cute cum ſanguis effluit modicum ſalis aſperge, poſt ſanguinis profluuium inciſionem illam iterum compone & liga duplici filo. Poſtea emplaſtrũ (σπλωνίσκον græce dicitur) cera & pice illine, & in inferiori parte vulneri ſuper pone, addendoq; lanam ſordidam, liga, neq; ſoluas ante diem ſeptimum, niſi dolorem inde perceperit, qui ſi inuaſerit, ſoluas ligaturã interim donec reualeſcat bibat aquam hordei ac ſorbeat ſuccum ptiſanę ſuperbibendo aquam.

σπλωνίσκον σπλήνιον καὶ σπλῆνας. emplaſtri genus longiuſculum ad lienis figuram.

Alius morbus. Cerebrum biliosum.

SI cerebrum humore cholerico abundauerit, febris lenta ſequitur, rigor, dolor per omnes partes capitis maximeq; tempora, ſynciput, & regiones oculorum: ſupercilia depẽdere videntur, dolor etiam ad aures pertingit, & interdum per nares cholera effluit, hi & obſcure vident, plurimiſq; dolor ad mediam vſq; capitis partem pertingit, idem etiam in toto capite excitatur. Ita laboranti refrige-

rantia ad caput apponenda, cumq; dolor & fluxus ex naribus cessauerit, apii succum per nares instilla, neq; lauetur, nisi postquam dolor cessauerit, sorbeat cenchrum siue milium tenue infundendo parum mellis, bibat aquá, si aluus non excernat, commedat brasſicam & eius succum sorbeat: sin minus, vtatur foliis sambuci plane simili modo, cumq; iam tépus id ita postulare videtur, offeras ei cibos quam maxime aluum subducétes. quod si dolore & fluxu è naribus remoto, ex superciliis grauedo in nares pertingat, tum si pituita fuerit crassa & putrida, calefacias prius aceto, aqua & origano, postea lauans aqua calida, florem æris & myrrham naribus admoue. Hęc si feceris plærunq; sanitatem restitues, morbus enim non est letalis.

Alius morbus. Sphacelus siue syderatio cerebri.

SI cerebrum syderetur, dolor ex occipitio in spinam vsq; pertingit, ad cor frigus permeat, ac sudor nouus è vestigio extra corpus emanat, per nares sanguis effluit, multi etiá vomunt sanguinem, talis in spacio trium dierum moritur, si qui sunt qui septimum diem transe-

transſeunt, ſunt pauci admodũ; cum itaq; ſanguis aut per vomitum, aut per nares reiicitur neq; lauare eum aqua calida, neq; calfactoria ei admouere debemus, ſed bibat acetum album cum aqua mixtum: quod ſi forte vires debiles ſint, ſorbeat ptiſanam: ſin vero aut per vomitum aut per nares videatur nimiũ ſanguinis reiici, bibat aquam cum farina frumenti horni conſperſam, quod ſi ſanguis adhuc nimium per nares profluat, ligabis venas in extremitatibus brachiorum, ac ſuper tempora impone emplaſtrum ſplenas dictum. quod ſi horum nullo vti poteris, ac interim doleat occiput: collum & ſpina, & ad cor frigus pertingat, orobis calefaciat pectus, tergũ, occiput & collum, his adhibitis multum ęger iuuabitur, pauci tamen à morbo iſto liberantur.

Alius morbus. Capitis dolor repentinus, cum ſęuiſsimis accidentibus.

BEneualentem ſubito dolor capitis corripit, & incontinenti mutus fit, ſtertit, ore hiat, & ſi quis eum vocat aut mouet, tantum ingemiſcit: nihil intelligit: multum mingit, nihil tamen illa euacuatione iuuatur. Talis ni

si febre laborare cœperit in spacio septem dierum moritur, si vero febris eum corripiat, vt plurimum euadit. Seniores citius quam iuniores in talem morbum incidunt: si quem iam inuasit, lauabimus eum multa aqua calida & quam maxime calefaciemus, etiam melicratum tepidum in os instillemus. Quod si resipiscat atq; à morbo leuetur, reficias eum cibis, cumq; iam validior apparuerit, per nares ei pharmacum admoue, tandem interpositis paucis diebus pharmacum quod per inferiora purget præbibas. Nisi enim fuerit purgatus periculum est ne morbus recurrat, quamuis primum insultum pauci effugiant.

Alius morbus. Morbi ex ebrietate.

SI quis ex ebrietate mutus redditus, subito febre corripiatur, sanitatem recuperat, sin minus febri correptus fuerit, in tertio die moritur. Quod si ad eum qui febre non laboret accesseris, lauabis eum multa aqua calida, capiti vero admouebis spõgias aqua calida imbutas, intra nares cepas decorticatas impones. Talis si oculos aperiat ac vocem ędat, & ad se redeat neq; deliret, primo die quasi sopitus dormit, sequẽti vero die reualescit. Sin sur

gens.

gens choleram euomit & insanit, moritur in spacio quinque dierum, nisi obdormiscat: húc ita tractare debemus. Primú lauabimus multa aqua calida, donec ad se redeat, deinde copioso oleo inunctum, molliter in lectum reponemus, vestimentisque bene operiemur, prope eum neque lumen, neque sonitum patiemur. nam vt plurimum post balneum dormit, & postquam dormierit sanus euadit. Quod si sanus mente per tres aut quatuor dies constiterit, dabis milii vel ptisanæ succum & vinú mellitum, postea cibariis vtatur mollissimis ac quam minimis in principio.

Syderatio cerebri. Sphacelus cerebri.

CVm cerebrum syderatur, in capitis anteriore parte dolor paulatim infigitur eaque intumescit & liuida redditur, quin & febris & rigor accedunt, cum quis ita laborat, partem quæ intumuit incides, quam postquá purgaueris, os ipsú diuides vsque ad † duplicationé, tandé curabis tanq̃ fracturam in osse.

Διπλόη λέγεται τὸ μεταξὺ τῶν ὀστῶν τοῦ κρανίου. Ruffus.

Teredo in osse.

VBI Teredo siue caries in osse capitis fit, in eodem loco dolor percipitur, ac processu temporis illud idem os

τερηδών. i. teredo dicitur uermis in lignis nascens eaque corrodens.

attenuatur atq; inflatur, tandemq; rumpitur, quod ſi incideris reperies illud diſtentum, aſperum & rubicundum: in nonnullis etiam corroſum vſq; ad cerebrum, Ac talia patientem ſi acceſſeris, atq; inueneris os corroſum, melius eſt id permittendo, curare quam primum vlcus. Quod ſi non fuerit corroſum ſed aſperum, diuide vſq; ad duplicationem & poſtea cura modo prius dicto.

Alius morbus.

CVm quis attonitus fit, dolet in anteriore parte capitis, & non bene videt ſed ſopore tenetur, venę in temporibus pulſant, febris lenta adeſt cum totius corporis intemperie & conſumptione, talia pacientē lauabis multa aqua calida & calfactoria capiti admoue, poſt balneum infunde per nares myrrhā & florem æris: ſorbeat ſuccum ptiſanę & bibat aquam, his factis melius habebit. Sin minus, hæc ſola ſpes eſt reliqua vt diuidas caput is anteriorem partem ac poſt effluxum ſanguinis iterum adductis labris vulneris cures & liges, quia niſi caput diuidas moritur vt plurimum in decimo octauo vel vigeſimo die.

κυναγχη

κυναγχη.i.Cynanche.

FEbris rigor & dolor caput occupant, maxillæ inflantur, patiens ſaliuam difficulter deglutit, ſputum exiguum ac durum reiicit atq; in gutturis inferiore parte ſtridet. Si lingua compreſſa introſpicias, gurgulionem non magnum ſed inflatũ inuenies, pharynx intrinſecus eſt viſcido phlegmate plenus, interim nihil poteſt exſcreare, neq; poteſt in lecto decumbere, ſed cum reclinat ſuffocatur. In talem ſi forte incideris, facias iſta. Primo cucurbitulas appones ad primam colli vertebram, deinde raſo capite ex vtraq; parte tem porum ſimiliter cucurbitulas appones, cũq; eas cuti aſtringis permitte vt longo tempore calfiant. Poſtea contere nitrum origanũ & cardami ſemen, quibuſq; admiſce partes æquales aceti & aquæ, olei parum, ac ſubacta in ollam infundas ſuperponendo operculum per quod calamus concauus ingrediatur, hæc ſuper carbones poſita ferueant, tãdem patiens vaporem aſcendentem ore aperto per foramen calami recipiat, cauendo ne pharyngam adurat. Ab extra vero apponat maxillis & faucibus ſpongias imbutas aqua calida, ordinabimus.

nabimus illi tandem gargarifmum ex origano tymbra apio menta tritis & pauco nitro, infufis & mixtis in melicrato aquofo & aceto pauco. Quod fi fputum cohibeatur accipe tenerem ramufculum myrti, cuius extremitatem alleuigatam molli lana circumliga, tandem in pharyngam infpiciendo fputum expurga: ventre conftipato vtaris glande vel clyftere, forbeat fuccum ptifanę fuperbibendo aquam, quod fi tumor ad pectus vfq; diftendatur ac ruborem ardoremq́; oftendat, maior eft fpes falutis. Tumq; ifta funt facienda. Quando phlegma extra pellitur betam in aquam frigidam intingens admoueas, gargarizet tepida, atq; à balneo abftineat. His obferuatis potifsimum euadit, quamuis morbus per fe fit letalis & pauci effugiant.

Alia Cynanche.

FEbris ac dolor caput infeftant, pharynx & maxillæ inflammantur, faliuam deglutire nequit, multum & craffum expuit, difficulter vocem emittit. Quando quis ita eft affectus primo cucurbitulam admouebimus modo fupra dicto, deinde fpongiá aqua calida imbutam collo & maxillis applicabimus, gargari-

garizet melicratum aqueum ac ſorbeat ſuccum ptiſanæ. Quod ſi his remediis adhibitis ſputum non exeat, ſuffumigandus erit, eo modo quo ſupra dictum eſt. Si in pectus vel in collum phlegma deſcendit, betam vel cucurbitam agreſtem inciſam, in aquam tepidā iniicias, hanc poſtea ſorbeat ac bibat frigidā, quo facilius ſcreet. Quando pectus intumuerit, multi ſanantur. Cum tumor è faucibus in pulmonem deſcendit, illico talem febris & dolor lateris infeſtat, quæ cum accidunt vt plurimum patiens moritur. Si vero quintum diem exceſſerit fit empyicus, niſi eum ſubito tuſsis inuadat, quod cum acciderit, excreando purgatus ſanitatē recipit. Talem quādiu dolor lateris infeſtat, calefactoriis his (quibus & in peripneumonia vtimur) fouebimus. Poſt quintum diem ſi febris deſierit & tuſsis acceſſerit, ſequentibus primis diebus, tantum ſorbitionibus vtatur, vbi tandem cibari iterū cœperit, aſſumat cibos pinguiſsimos & multum ſalitos. Si non tuſsiat, ſed iam empyicū factum eſſe certo cognoſcatur, poſt cœnam aſſumptam quando vult ire dormitum, comedat allia cruda plurima, ſuperbibendo vi-

nabimus illi tandem gargarismum ex origano tymbra apio menta tritis & pauco nitro, infusis & mixtis in melicrato aquoso & aceto pauco. Quod si sputum cohibeatur accipe tenerem ramusculum myrti, cuius extremitatem alleuigatam molli lana circumliga, tandem in pharyngam inspiciendo sputum expurga: ventre constipato vtaris glande vel clystere, sorbeat succum ptisanę superbibendo aquam, quod si tumor ad pectus vsq; distendatur ac ruborem ardoremq; ostendat, maior est spes salutis. Tumq; ista sunt facienda. Quando phlegma extra pellitur betam in aquam frigidam intingens admoueas, gargarizet tepida, atq; à balneo abstineat. His obseruatis potissimum euadit, quamuis morbus per se sit letalis & pauci effugiant.

Alia Cynanche.

FEbris ac dolor caput infestant, pharynx & maxillæ inflammantur, saliuam deglutire nequit, multum & crassum expuit, difficulter vocem emittit. Quando quis ita est affectus primo cucurbitulam admouebimus modo supra dicto, deinde spongiá aqua calida imbutam collo & maxillis applicabimus, gargari-

gari-

garizet melicratum aqueum ac ſorbeat ſuc-
cum ptiſanæ. Quod ſi his remediis adhibi-
tis ſputum non exeat,ſuffumigandus erit, eo
modo quo ſupra dictum eſt. Si in pectus vel
in collum phlegma deſcendit,betam vel cu-
curbitam agreſtem inciſam,in aquam tepidá
iniicias,hanc poſtea ſorbeat ac bibat frigidá,
quo facilius ſcreet. Quando pectus intumue
rit,multi ſanantur. Cum tumor è faucibus in
pulmonem deſcendit, illico talem febris &
dolor lateris infeſtat, quæ cum accidunt vt
plurimum patiens moritur. Si vero quintum
diem exceſſerit fit empyicus,niſi eum ſubito
tuſsis inuadat,quod cum acciderit, excrean-
do purgatus ſanitatẽ recipit. Talem quádiu
dolor lateris infeſtat, calefactoriis his(qui-
bus & in peripneumonia vtimur)fouebimus
Poſt quintum diem ſi febris deſierit & tuſsis
acceſſerit,ſequentibus primis diebus, tantum
ſorbitionibus vtatur, vbi tandem cibari iterũ
cœperit,aſſumat cibos pinguiſsimos & mul-
tum ſalitos. Si non tuſsiat, ſed iam empyicũ
factum eſſe certo cognoſcatur, poſt cœnam
aſſumptam quando vult ire dormitum, co-
medat allia cruda plurima,ſuperbibendo vi-

num vinoſum meraciſsimũ, vt eo pacto pus erumpat. Quod ſi non erumpat, poſtridie lotum aqua calida ſuffumiges & cum erupuerit, poſtea curabis vt empyicum.

Alia Cynanche.

LInguæ interior ſeu poſterior pars, itemq́ clauicula quæ eſt ſupra aſperam arteriã inflammantur, is neq; ſaliuam neq; aliud quicquam deglutire poteſt, ſed ſi id coactus fecerit per nares iterum regurgitat, cum quis iſta patitur, contere mentam viridem, apiũ, origanum nitrum & roſas rubeas hæc cũ melle ſubigas, tandem ſpiſſa & craſſa, linguę in parte vbi intumuit inungas. Poſtea facias bullire ficus, & eas in aqua decoquas, tandem de roſis contritis parum cum decocto illo ficuum miſce, id gargarizet ſi poteſt, ſin minus, abluat vel colluat ſaltem locum affectum, bibat aquã de farina craſsiuſcula, ab extra colli & maxillis applicetur tepide farina in vino & oleo cocta, ſuperimponendo panes calidos. Suppuratur enim vt plurimum in clauicula, ac ſi ſua ſponte rumpatur, ſanus euadit, ſi nõ rũpatur digito tãgendo inueſtigabis, ſi molle fuerit apoſtema, acutum ferrum digito al-

ligans

ligans perfora, hac ratione multi curantur, morbus enim iſte minime eſt letalis.

Staphyle ſiue vuulæ morbus.

CVM ſtaphyle in pharynge generatur, ſũma pars gurgulionis aqua repletur, fitq́ rotunda pars illa ſuperior & manifeſte apparet, reſpirationemq́ intercipit, tum ſi maxillæ in vtraq́ parte inflãmantur, ęger ſuffocatur. Sin vero morbus iſte vnicus à ſe ipſo generetur, maxillis non inflammatis, minus moriuntur, cum quis hoc pacto fuerit affectus, digito prehendas ſuperiorem gurgulionis partem, eamq́ ad ſuperius in palatum compulſam, in ſummitate incide, poſtea gargarizet decoctionem ſeminis ſilphii, ac deglutiat farinã frigidam, ſuperbibendo aquam, minimeq́ lauetur.

Antiades ſiue morbus maxillarum.

QVando antiades fiunt, tumor ſub genis in vtraq́ parte excitatur, qui tangenti durus apparet, totusq́ gurgulio inflammatur. In tali caſu digito tumor tonſillarum cõprimendus eſt, & gurgulionem inungas flore ęris ſicci, gargarizet decoctionem ſeminis ſilphii, ſoli prius expoſitam. Ab extra vero

num vinosum meracissimũ, vt eo pacto pus erumpat. Quod si non erumpat, postridie lotum aqua calida suffumiges & cum erupuerit, postea curabis vt empyicum.

Alia Cynanche.

LInguæ interior seu posterior pars, itemq́ꝫ clauicula quæ est supra asperam arteriã inflammantur, is neqꝫ saliuam neqꝫ aliud quicquam deglutire potest, sed si id coactus fecerit per nares iterum regurgitat, cum quis ista patitur, contere mentam viridem, apiũ, origanum nitrum & rosas rubeas hæc cũ melle subigas, tandem spissa & crassa, linguę in parte vbi intumuit inungas. Postea facias bullire ficus, & eas in aqua decoquas, tandem de rosis contritis parum cum decocto illo ficuum misce, id gargarizet si potest, sin minus, abluat vel colluat saltem locum affectum, bibat aquã de farina crassiuscula, ab extra colli & maxillis applicetur tepide farina in vino & oleo cocta, superimponendo panes calidos. Suppuratur enim vt plurimum in clauicula, ac si sua sponte rumpatur, sanus euadit, si nõ rũpatur digito tãgendo inuestigabis, si molle fuerit apostema, acutum ferrum digito al-

ligans

ligans perfora, hac ratione multi curantur, morbus enim iſte minime eſt letalis.

Staphyle ſiue vuulæ morbus.

CVM ſtaphyle in pharynge generatur, ſũma pars gurgulionis aqua repletur, fitq́ rotunda pars illa ſuperior & manifeſte apparet, reſpirationemq́ intercipit, tum ſi maxillæ in vtraq́ parte inflãmantur, ęger ſuffocatur. Sin vero morbus iſte vnicus à ſe ipſo generetur, maxillis non inflammatis, minus moriuntur, cum quis hoc pacto fuerit affectus, digito prehendas ſuperiorem gurgulionis partem, eamq́ ad ſuperius in palatum compulſam, in ſummitate incide, poſtea gargarizet decoctionem ſeminis ſilphii, ac deglutiat farinã frigidam, ſuperbibendo aquam, minimeq́ lauetur.

Antiades ſiue morbus maxillarum.

QVando antiades fiunt, tumor ſub genis in vtraq́ parte excitatur, qui tangenti durus apparet, totusq́ gurgulio inflammatur. In tali caſu digito tumor tonſillarum cõprimendus eſt, & gurgulionem inungas flore ęris ſicci, gargarizet decoctionem ſeminis ſilphii, ſoli prius expoſitam. Ab extra vero

 ad lo-

num vinoſum meraciſsimū, vt eo pacto pus erumpat. Quod ſi non erumpat, poſtridie lotum aqua calida ſuffumiges & cum erupuerit, poſtea curabis vt empyicum.

Alia Cynanche.

LInguæ interior ſeu poſterior pars, itemq; clauicula quæ eſt ſupra aſperam arteriā inflammantur, is neq; ſaliuam neq; aliud quicquam deglutire poteſt, ſed ſi id coactus fecerit per nares iterum regurgitat, cum quis iſta patitur, contere mentam viridem, apiū, origanum nitrum & roſas rubeas hæc cū melle ſubigas, tandem ſpiſſa & craſſa, linguę in parte vbi intumuit inungas. Poſtea facias bullire ficus, & eas in aqua decoquas, tandem de roſis contritis parum cum decocto illo ficuum miſce, id gargarizet ſi poteſt, ſin minus, abluat vel colluat ſaltem locum affectum, bibat aquā de farina craſsiuſcula, ab extra colli & maxillis applicetur tepide farina in vino & oleo cocta, ſuperimponendo panes calidos. Suppuratur enim vt plurimum in clauicula, ac ſi ſua ſponte rumpatur, ſanus euadit, ſi nō rūpatur digito tāgendo inueſtigabis, ſi molle fuerit apoſtema, acutum ferrum digito alligans.

ligans perfora, hac ratione multi curantur, morbus enim iſte minime eſt letalis.

Staphyle ſiue vuulæ morbus.

CVM ſtaphyle in pharynge generatur, ſũma pars gurgulionis aqua repletur, fitq; rotunda pars illa ſuperior & manifeſte apparet, reſpirationemq; intercipit, tum ſi maxillæ in vtraq; parte inflámantur, ęger ſuffocatur. Sin vero morbus iſte vnicus à ſe ipſo generetur, maxillis non inflammatis, minus moriuntur, cum quis hoc pacto fuerit affectus, digito prehendas ſuperiorem gurgulionis partem, eamq; ad ſuperius in palatum compulſam, in ſummitate incide, poſtea gargarizet decoctionem ſeminis ſilphii, ac deglutiat farinã frigidam, ſuperbibendo aquam, minimeq; lauetur.

Antiades ſiue morbus maxillarum.

QVando antiades fiunt, tumor ſub genis in vtraq; parte excitatur, qui tangenti durus apparet, totusq; gurgulio inflammatur. In tali caſu digito tumor tonſillarum cõprimendus eſt, & gurgulionem inungas flore ęris ſicci, gargarizet decoctionem ſeminis ſilphii, ſoli prius expoſitam. Ab extra vero

ad locum qui intumuit apponat emplaſtrum ex hordeacea polenta ſeu farina,cocta in vino & oleo tepidè. poſtquam vero tubercula fuerint facta molliora,vbi id ab extra palpitando ſenſeris,gladiolo eadē incidito. Quædam etiam ſua ſponte curantur.

Hypogloſſis.i.morbus ĩ carne qua lingua maxillis coniungitur.

Hypogloſsis.

QVando hypogloſsis fit,lingua intumeſcit & pars illa infra linguam (ὑποκάτω græce dicitur)ab extra contrectata dura eſt, ſaliuam deglutire nequit,cum quis ita eſt diſpoſitus applica ei ſpongiam in aqua calida madefactam,quin & farinam hordeaceam in vino & oleo coctam ab extra ad locum qui intumuit appone, gargarizet decoctionem ficuum ac à balneo abſtineat: cumq́; pus collectum fuerit incidas,interdum absq́; inciſione ſua ſponte rũpitur ac curatur.Si vero in parte exteriore ſuppurauerit,aduras.

Phlegma in palato conſiſtens.

CVM phlegma in palato conſtiterit, in tumorem & pus conuertitur, tumq́; vritur tuberculum, poſtquam pus effluxerit, id quod relictum eſt, abluas primum nitro

cum

cum aqua calida mixto,poſtea vino,poſtquã ita ablueris,contere paſſulas ex vuis albis exemptis prius lapillis & vſto loco impone, tandem vbi totum quicquid debebat effluxerit,abluas vino meraciori tepido , cumq; aliquid commedere vel ſorbere voluerit,imponas ſpongiam, hæc facias donec ad ſanitatẽ redeat.

Polypus in nare.

QVando polypus fit in nare ex medio chartilaginum tãquam vuula dependet cumq; patiens reſpirat,ipſum etiam tuberculum extro cedit & quia molle eſt,inter inſpirandum viciſsim intro recedit,atq; eo modo ſibilus,inter dormiendum vero,ſtertor excitatur. His ita ſe habentibus, circumſcindendo ſpongiam efficias rotundam tanquã ſphærã,& circumligando linum ægyptiacum reddas duriorẽ,magnitudine naribus conuenienti ac quadranti,poſtea alligabis ſpongiã filo quadruplici quorũ vnumquodq; longitudine ſit vnius cubiti,poſthæc omnium iſtorum quatuor filorum lini vnam extremitatem, eamq; teneram & acutam efficias, deinde virgã ex ſtãno tenerrimã in altera extremitate

foramen habentem accipe, inq; os patientis ex parte acutiore immitte, ita vt per nares rursus accipies, tum lino per foramen virgæ prius immisso, tam diu trahas virgam per nares exceptam, donec & principium lini cui spongia rotunda alligata fuerat apprehendas, tum vero penicillum supra gurgulioné in os intromittendo, tam diu ex vtraq; spongię parte trahas, donec extrahas ipsum polypum, illo extracto & sanguine amplius non profluente, siccas fascias penicillo circumpone cum eo locum affectum munda, post hæc decoque florem ęris cum melle, cumq; hoc penicillum inunge atq; intra nares impone, cumq; vlcus iam sanari incipit plumbum aptans vt ad vlcus pertingat, ipsum etiá melle inungas, atq; tamdiu apponas donec omnino curetur.

Alius Polypus.

ALter narium carne impletur, quæ contacta durior apparet ac transpirare patiés per nares non potest. Quando ita laborant imponas primum fistulam, deinde aduras tribus vel quatuor ferramentis, post vstionem imponas helleborum nigrum tritum, postquam

quam caro iam computruerit & exciderit, penicillum vulnerarium cum melle & flore æris inunctum admoue, cumq; sanari incipit plumbum cum melle vnctum appone donec sanus euadat.

Alius Polypus.

AB externa cartilaginis parte caro tactu mollis dependet. In tali casu ex chorda neruosa funiculum confectum lino tenui circumligabis, deinde alterum principium per laqueum maiorem factum transmittas, alterũ vero principium per virgam stanneam impellas. Postea funiculum per nares imponendo spicillo dirigas funiculum ad polypum, cumq; iam torridum redditur, immitte funiculum in os, quem vbi foris iterum apprehẽderis, trahe modo prius dicto penicillum firmiter prope palatum tenendo, postquam extraxeris curabis vt ante.

Alius Polypus.

IN externa cartilaginis parte durum quiddam nascitur, quod videtur esse caro, sed si tangas resonat tanquam lapillus. In tali casu narem nouacula diuidendo purga, postea ad uras, hoc facto narem rursus consuas inun-

gendo

gendo vlcus & fasciis superponendo, postquam circumputruit, inungas flore ęris cum melle. Tandem plumbo curabis.

Alius.

NAscitur in sũma latitudine chartilaginis tanquam cancer. Omnia hæc vstione indigent, postquam helleborum admoueas. Si vero computruit purgabis cum flore æris & melle. In fine curabis plumbo.

Icterus siue morbus Regius.

CVtis faciei, pręcipue tamen reliquarum corporis partium pannis obductarũ nigrescit, oculi linguæq; inferior seu interior pars croceum colorem ostendunt, venæ quæ sunt sub lingua crassę & nigrę apparent. Estque patiens sine febre, interim crassa & biliosa mingit. In sic disposito primo omniũ venas sub lingua incidas, deinde postquam lotus fuerit. R. Quinque partes radices asphodeli purgatas, foliorum apii M.1. vini dulcis semicotylas ægineas.iii. coque donec relinquatur pars vna de tribus semicotylis, de hoc bibat ieiuno stomacho, postquam multum minxerit, vtatur cibis excremẽtosis, post cibum comedat cicera alba, bibat vinum al-

bum

bum aquoſum & multum. Quin & loco cibi apium ac porrum comedere poteſt. Ante dicta bibat per ſpacium ſeptem dierum & vide bis cutem recte purgari, ſin minus, etiam ſequentibus tribus diebus eadem bibat, poſtea interpoſitis duobus vel tribus diebus per nares remedium adhibeas, poſt hæc purgabis per inferiora pharmaco quod choleram ducat. Quod ſi ſpleneticus fuerit lac aſininũ aut ſerum eiuſdem ſumat, hæc ſi feceris ſanitatem reſtitues.

Alius Icterus.

FEbris lenta cũ grauedine capitis accidit, & febres aliquibus ceſſant, ipſi tamen euadunt crocei maximeq; oculis debilitantur, corpora ipſorum intemperie laborant, mingunt craſſa & crocea. Talia patientem in aqua calida lauabimus, propinabimusq; diuretica, poſtquã purgatus videbitur, cutisq; pulchrior apparuerit, naribus medicamentum adhibebis, & purgabis per inferiora, cibis vtatur quam mollißimis, vinum bibat albũ dulce & aquoſum, his obſeruatis ſanus euadet.

Febres à cholera.

CVM quis abundat humore cholerico,

quotidie corripitur febre, quæ vt intermittit, ita in meridie maxime viget. talia patiens os habet amarum, cumq; cogitur ferre ieiunium, angitur: quin & post assumptum cibum torquetur: & à paucis cibis repletur: fastidio afficitur: vomitus patitur: in lumbis & cruribus grauitas percipitur ac multum dormiturit. Talis si in fine paroxismi multum & frigidum sudorem emiserit & interim febre nõ liberatur, chronico morbo laborabit, si non sudauerit citius creticabit, quod si ita acciderit in nono die pharmacum dabis. nam si statim in principio morbi pharmacum dederis, post illam purgationem, febris eum iterum corripit, ita vt altera tum purgatione indigeat. Si vero os non laboret, sed in ventre inferiore murmur sentiatur, per inferiora purgãdus est, itaq; sumat lac asininum aut serum eiusdem, aut aliquem alium succum. si vero vires sint debiles adhibeatur ei clystere. Febricitantibus tamen ante medicamenti potum, mane dabimus melicratum aqueum: illa vero die qua febris eum corripit, aquam frigidam quantum cupit bibat, vbi febris iam remittit, sorbeat succum ptisanæ aut milii, su-

perbis.

perbibendo vinū album vinoſum aqua permixtum. Si vero tam vehementer calore vexetur, vt neq; noctu neq; interdiu remittat, tactuq; ſuperiora inueniantur calida, ventriculus vero & pedes frigidi, ipſa etiam lingua ſit aſpera, huic non dabis per ſuperiora pharmacum, ſed clyſterem lenem, ſorbeatq; bis in die ſuccum ptiſanæ frigidum, ſuperbibendo vinum aquoſum. reliquo vero tempore bibat aquam frigidiſsimam, talis ſi ſudauerit in die ſeptimo febris remittet, ſin minus, plærunq; in decimo quarto moritur.

Febris continua.

EX contactu exteriori patiens debilis iudicatur, in interioribus vero aduritur, lingua eius eſt aſpera, per nares & os calidum expirat, in die quinto hypochondria inueniūtur dura, vexatur dolore, color talis apparet, qualis in morbo regio, vrina eſt craſſa & cholerica, hunc in die ſeptima rigor, febris fortis & ſudor inuadunt, ſin minus, moritur in ſeptimo aut nono die. Tales febres plærunq; in ſicca temporis cōſtitutione accidūt. Eo morbo laborantes, ſingulis diebus calida aqua lauandi ſunt, ac multum bibant de melicrato

aqueo, bisq́ue in die sorbeant succum ptisanæ frigidum, post sorbitionem bibant parum vini aquosi albi. aluo astricta sumat clysterē vel glandem, Cibus non offeratur nisi febre cessante, quæ postquam cessauerit, sumat pharmacum quod per inferiora purget. solent enim tales recidiuare interdum, nisi fuerint purgati, denuo siquidem redit morbus iste, cum sanguis cholerico humore exundauerit.

Febris tertiana.

IN febre tertiana cum supra tertium paroxismum quartus accedit, tum pharmacum quod per inferiora purget propina. Quod si videbitur non opus esse pharmaco, contere radicem pentaphyllonis, dáque illi bibere in aqua, quantum quadrantale vnū. Cū ne vel ita quoque febris cesset, lauabis eū multa aqua calida, postea bibat trifolium & succum silphii pariter mixta in vino, hoc vbi sumpserit in lecto decumbens vestibus bene operiatur vt prouocetur sudor, post sudorem cum sitit, farinam in aqua propinabis, vesperi milium tenue coctum sorbeat, superbibendo vinum.

ὀξύβαφον cotylæ quarta pars continens 24. drachmas quadrantale. Bud. de asse S.

num,donec febris cessset,vtaturq; cibis quam mollissimis.

Febris quartana.

CVM quis quartana febre laborat, idque propterea,quod post alium morbum non purgatus in eam incidit,tum statim per inferiora purgari debebit,deinde caput etiã purgabitur,postea denuo per inferius purgetur. Quod si his ita obseruatis febris tamen non cesset,post secundam per inferiora purgationem,duabus accessionibus interpositis,lauabis eum multa aqua calida, postea. R. se. hyoskyami, milii & mandragoræ, ãn. partes æquales, opii fabas tres,trifolii tantundem, misce,bibat in vino meraciori.

Febris quartana,ac primum quando quis ex alio morbo non purgatus in eam incidit.

Febris quartana ex nimio labore aut defatigatione ex itinere.

SED si quis firmus ac sanus,videatur propter nimium laborem aut defatigationem ex itinere in febrem quartanã incidere,talem postquam calfeceris ,iubebis cõmedere allia melle intincta,postea bibat phacium : mel & acetum commixta . Vbi repletus fuerit, iterum euomat, posthæc lotus aqua calida, vbi iterum refrigeratus fuerit , bibat

cyceonem cum aqua, veſperi cibis mollioribus iisq; modice vtatur. In ſecunda acceſsione poſtquam eum laueris aqua calida, veſtimẽtis tegas donec ſudor prouocetur, poſtea R. rad. hellebori albi trium digitorum longitudine, trifolii drachmam i. opii fabas duas, bibat mixta in vino meraciori, cumq; nauſeam habuerit vomat. Sin minus idem eſt. Poſt purgatum caput, cibis vtatur mollioribus & acrioribus. Quod ſi eum non ieiunum acceſſio corripuerit, pharmacum bibat.

Pleureſis.

SI quis pleureſi laborat, is & febrem & rigorem, quin & dolorẽ ex ſpina in pectus vſq; procedentem ſentit. Accidit ei orthopnæa, tuſsis, ſputum album & ſubliuidum, difficulter extuſsit, dolet circa inguina, mingit cruenta. Quando quis ita laborat, & febris in ſeptima die ceſſat, ſanus euadit, ſi vero die ſeptimo à febre non liberatur, durat morbus vſq; in vndecimum aut decimum quartum diem, multiq; interim moriuntur: ſi qui tamẽ decimum quartum diem euadunt, à morbo liberãtur. Dum dolor ita viget adhibeas calfactoria, poſtea R. mellis decocti & aceti partes

tes æquales miſce, deinde quantum eſt mel & acetum commixta, toties aquæ partes decẽ & nouem adde, de hoc bibat parum & ſæpe. Poterit item admiſceri aquæ parũ aceti. Sorbeat ſuccũ milii, ſemper addendo mellis frigidi quartam partem cotylę vnius. Bibat vinum album aquoſum & parum. Vinum ſit tenuiſsimum ac minime odoriferum. febre iã ceſſante, bis in die, idq; per duos adhuc dies ſorbeat milium, & betam dulciſsimam comedat. Poſthęc faciens decoctum ex catulis aut auibus, ius illud ſorbeat. de carne vero parũ edat, reliquo tempore ac maxime viciniori febri, ſemper in prandio ſumat milium, veſperi vero, quam minimis cibis iiſq; molliſsimis veſcatur.

Alia pleureſis.

ADeſt febris, tuſsis, rigor, dolor lateris interdum vſq; ad clauiculam aſcendit, expuit ſubliuida & cruenta. Quod ſi forte ruptus fuerit, tunc in loco doloris calfactoria admouebimus, ac lauabimus aqua calida vbi non magna febris adfuerit. Si vero hæc fuerit, minime lauabimus. Sed bibat de fauo iam adhuc dulci exiſtente atq; in aqua diluto, ad-

miſcendo

miſcendo aquam. Sorbeat ſuccum milii bis in die, ſuperbibendo vinum album aquoſum, cumq́ꝫ exceſſerit dies quatuordecim, ſanus euadit.

Alia pleureſis.

FEbris, ſtridor dentium & tuſsis ſicca accidunt, expuit crocea interdum & liuida, eſt dolor in latere, ſcapulæ ruborem concipiũt, calfit caput & pectus, interdum & ventriculus pedes & crura, & cum ſedet magis tuſſit, venter inferior perturbatur, excrementa alui ſunt plane crocea & fœtentia. Talis in viginti dierum ſpacio moritur, ſi hos ſuperuixerit, à morbo liberatur, huic antequam decimum quartum diem exceſſerit dabimus decoctum hordei ſuperbibendo vinum album vinoſum aqua dilutum. Sorbeat ſuccum ptiſanæ frigidum bis in die, pro melle ad ſuccũ ptiſanæ coctum admiſcebimus ſuccum mali granati vinoſum ac lauet non multum. Poſt diem decimum quartum in prandio ſumat milium, in cœna carnes auium cum iure, ſed modice, ex tali morbo pauci liberantur.

Peripneumonia.

FEbris ad minus quatuordecim diebus, ad ſum-

ſummum vero decem & octo corripit,perq; dies iſtos fortiter tuſsit & ſcreat in principio ſputum purum & craſſum per ſeptem aut octo dies:ſin febris eum corripit in nono aut decimo expuit ſubdulce & purulentum vſq; ad decimum quartum diem. Quod ſi in decimoquarto die pulmo exiccatus ſputumq; reiectum fuerit,ſanatur.Sin minus,obſeruandus erit dies decimus octauus, quod ſi in illo dierum ſpacio tuſsis ceſſet,euadit,ſi non ceſſet,interroga eum vtrum ſputum videatur ei dulcius, quod ſi ita eſſe fateatur,morbus erit annuus.pulmo enim fit purulentus,huic primis diebus dabimus dulce vinum album & aquoſum,& bibat parum ac ſępe.Sorbeat ſuccum ptiſanæ cum melle mixtum ter in die, vſq; ad decimum octauū diem, donec febris ceſſauerit.In primis tamen ſepté diebus aut etiam vſq; ad decimum quartum maxime periclitatur.Poſtquam decimum octauū diem exceſſerit,non morietur quidé, veruntamen pus expuens & pectore dolens tuſsiet.Quãdo ita fuerit diſpoſitus de fabis elixis bibat cum ſaluia, & ſorbeat cum multa pinguedine,niſi temporis conſtitio calida fuerit,quod

ſi fuerit,minime ſorbeat, ſed vtatur cibis ſalitis & pinguibus , ac piſcibus potius quàm carne.Quod ſi tibi videbitur purgari pro vt res poſtulat, vtaris infuſionibus & ſuffumigiis. Ac ſuffumigiis quidem,quando pus erit craſſum:infuſionibus vero,ſi tenue.Cibos vero dictos plurimum ſumat,abſtineat ab acribus,& à carne bouina, ouili & ſuilla .

Quando quis ex peripneumonia empyicus fit,accidit febris,tuſsis ſicca,dyſpnœa,pedes intumeſcunt,vngues manuum & pedum curuantur.Cum ita afficitur,iamq; decimum diem ex quo empyicus fieri incepit, exceſsit, poſtquam eum laueris multa aqua calida.℞. radicis ari aſtragoli magnitudine , ſalis granum,mellis & aquæ modicum, & parum de pinguedine,miſce & lingua eleuata infunde tepidè.poſtea moue humores , atq; hæc quidem puris eruptionem prouocabunt,ſin minus,facias aliter.℞.Succum acrium cibariorum & ciclaminum ān.acetabulum paruum, ſucci ſilphii fabam vnam,lactis caprini vel aſinini acetabulum vnū,hæc miſce & infunde tepidè . Quod ſi adhuc nondum erūpat. ℞.corticem raphani & florem æris ān. fabas

tres,contere in puluerem,aut ſit raphani du pla quantitas:adde olei quartam partem co tylæ vnius,id quoq; infunde, cum iam ſputum erumpit, ſumat cibos valde pingues & ſalſos.Si non poſsit expuere pus, adhibeas per os ſuffitum ex ſucco ſii & vino tortino, lacte bouino aut caprino án.cotylas tres,hęc in ollam infuſa appone ad furnum, tandem attrahat fumum per fiſtulam cauens ne vratur. Quando iam purius expuit, infunde ei ſemen Cnici, thus, origanum in vino albo, melle & oleo pauco,hæc infundantur tertio quoquo die. poſthæc ſumat butyrũ ac reſiná in melle liquefacta, & nequaquam amplius aſſumat cibos ſalitos & pingues. Intermediis vero diebus,quibus infuſionibus non vtitur, bibat vinum purum quantum acetabulum vnum capit,in quo ſaluia,ruta,thymbra & origanum ſunt inſparſa.Quando propter infuſiones iſtas non erumpit,ſępe in cauitatem pectoris pus decumbit,& patiens illico videtur melius ſe habere propterea quod materia quæ ante in anguſto loco continebatur, nunc in ſpacioſiorem diſceſsit. Itaq; cũ morbus iſte longo tempore durat,fortis febris cũ

tuſsi ægrum infeſtat, pleura dolet, cumq; decumbit eger, non inclinat ad latus ſanum, pedes & cauitates oculorum intumeſcunt, húc in decimo quinto die poſt illam eruptionem, lotum multa aqua calida pone in ſedili ita vt in neutram partem declinet, tumq; alius quiſpiam manus eius apprehendat, tu vero humeros, concutiendo auditu inueſtigabis, in quo latere materia ſonũ præbeat, velis autẽ in ſiniſtro, in illo itaq; loco incides, minus enim eſt letale, ſi vero intellexeris, quod tum propter ſpiſsitudinem, tum propter multitudinem materiæ nullus ſonus percipiatur (id quod interdũ accidit) tum latus quod magis tumet ac dolet, in parte inferiore, quin & poſteriore potius quàm anteriore tumoris loco incidas, quo pus habeat exitum commodiorẽ. Incidasq; in latere, cultello figurá ligonis, vel cultelli ſutorii prę ſe ferente, primo pellẽ, deinde faſciis circumligabis vtrãq; cultelli aciem, de ſumma cuſpide tantũ relinquendo quantum magnitudo vnguis magni digiti capit, id in latus inſerito, poſtea emittas pus quantum tibi commodum videbitur, tãdem purgato prius vulnere penicillo vulne-

rario,

rario, linum vlceri circumligabis, emittas autem ſemel parum puris ſingulis diebus, vbi decimus dies acceſſerit, emittas quicquid eſt reliquum de pure, purgando vulnus faſciis, poſt hæc per fiſtulam infundas vinum & oleũ tepide, ne pulmo qui antea aſſuetus erat à pure humectari ſubito exiccetur, rurſusq; emittas matutinam quidem infuſionem veſperi, veſpertinam vero mane ſequenti. poſtquam iã pus tenue vt aqua, contactuq; digitorum lubricũ fuerit & parum, immittas concauum penicillũ ſtanneum, poſtquam pectus omnino exiccatum fuerit, paulatim præſcindas penicillũ, donec vulnere iã conſolidato in totũ auferas. Signum aũt erit futuræ ſalutis, ſi pus albũ & purum fuerit, ac fibras ſanguinis habuerit, tũ enim vt plurimum ſanitatem recipit. Si vero prima vice pus effluxerit colore lutei oui, aut in ſecunda vice craſſum, ſubcroceum & fœtidum, moriuntur vbi totum pus effluxerit.

Alius morbus. Pthiſis.

QVando quis phtiſi cõſumitur tũ ſputũ craſſũ, ſubcroceũ & dulce tuſſi reiicitur, accidit ſtridor, ac dolor ĩ pectore & metaphreno.

pharynx qui exiccatur tenuem emittit ſibilum, cauitates oculorum rubent, vox grauis redditur, pedes intumeſcunt, vngues incuruantur, omnes partes ſuperiores corporis extenuantur & conſumuntur, ſputumq; cũ inter excreandum in ore tenet, videtur abominandum, tuſsit mane & in media nocte pręcipue, quamuis etiam aliis temporibus tuſsiat, morbus iſte iuuenes mulieres potius quã vetulas inuadit, huic vbi iam pili decidunt, ita vt caput non ſecus atq; à morbo peculiari, nudum pilis reddatur, & cum ſuper carbones expuit, ſputum male oleat, ſignum eſt talem breui moriturum: morietur vero fluxu vẽtris. Vbi enim pus prope cor putruerit, fœtet cum ſuper carbones reiectum euaporat. Ex cerebro itẽ ſupercalfacto defluit humor ſalſus qui ventriculum commouet, cuius rei ſignum eſt defluxus capillorum. Talem ſi eo deuenerit, curare ne tẽtes. Sed ſi in principio vocatus fueris, dabis illi ſtatim phacium poſtea interpoſito vno die da illi helleborum commixtum, ne perturbet ventrem inferiorem, cumq; noctu ſalſus humor in os deſcendit, crebro illi pharmaca ad nares appone, ſi vero

φάκιον i. lẽtis cremor.

vero non defluit, admoue quidem ſed rarius, nempe in menſe ſemel propinando helleborum quantum capis digitis duobus in vino dulci infuſum. Poſtea ſtatim de phacio bibet, pharmaca quantum fieri poteſt paucisſima bibat, niſi acutiſsimæ febres eum corripuerint. Radicem albam & helleborum lambendo ſumat & non cum melle, ita enim parum admodũ ventrẽ mouebit. Quod ſi perturbatio in ventre inferiore accidat, adhibeas clyſterẽ in quem coccus Knidius ingrediatur, ſi non cõpeſcitur, purga eũ lacte aſinino cocto. Abſtineas autẽ à pharmaco quod fortiter per inferiora purget. ſi vero non aſſumpto prius alio medicamento, tantũ poſt potionem hellebori cholerã vomat, ſumat phacium & iterũ vomat. Cibi ſint, cũ quidem febris acuta eũ infeſtat, ex carnibus, caro ouilla cocta, aues, cucurbita, beta, ita vt iura iſtorum neq; bibendo neq; intingendo aſſumat, de piſcibus, ſcorpiões & ſelaches cocti, nihil calidi comedat, neq; lauetur ſi febris adſit magna, neq; etiam herbis acrioribus vti debet, ſicut tymbra aut origano, bibat vinum albũ, ſi fuerit ſine febre, ac ſenſerit tantummodo

incertis.

incertis temporibus calores, piſces optimos & pinguiſsimos ędat, alia etiam pinguia dulcia & ſalſa. Deambulationibus vti debet neque in vento neq; in ſole. Vomat poſt cibũ dum commodum videbitur, lauetur tepidè excepto tamen capite, ex cibis, panis eſt optimus, ſed ſi ſunt mazophagi, comedant vtrũque commixtum.

μαζόφαγοι .i. mazæ hoc eſt pane qui ex farina oleo et aqua aut etiã ex lacte conficitur nõnulli bis coctum, alij panẽ nauticũ intelligunt.

Alius morbus qui dicitur phtoẽ.

TVſsis accidit, & ſputum copioſum humidum, interdum etiã facile reiicit, pus eſt ſimile grandini, quod quando digitis conteritur durum & male olens redditur, vox clara & ſine dolore redditur, febres non accidunt, quamuis interdum ſentiant exiguũ calorem, hic bibat helleborum & phacium, genio indulgeat, ab acribus abſtineat, à carnibus etiã bouinis ſuillis & ouillis: modico exercitio & deambulationibus vtatur, poſt cibum vomat, à re venerea caueat. Morbus iſte in ſpacio ſeptem aut nouem annorum generatur, quod ſi patiens in tempore curetur, ſanitatem recuperat.

Corruptio aſperæ arteriæ.

SI aſpera arteria exulceretur accidit febris obſcura,

obſcura, dolor in medio pectoris percipitur, pruritus in corpore, vox eſt rauca, ſputum humidum & tenue, interdũ tamen craſſum tanquam ſuccus ptiſanæ. In ore grauis odor exoritur tanquam à piſcibus crudis. Interdum in ſputo apparent aliquæ partes duriores tãquam cruſtę ab vlcere. Partes corporis ſuperiores, atq; adeo totum corpus extenuatur. Partes rotundiores faciei rubeſcunt, proceſſu temporis vngues curuantur, quin & ſicci ac pallidi fiunt. Iſte niſi curetur ſtatim moritur, ſanguinem & pus expuẽs, quin & febres fortes eum corripientes enecant. ſi vero cura adhibeatur, effugit talem pthiſim. Curabitur autem ſi phaciis exhauſtis vomat. Quod ſi tibi opportunum videbitur, bibat helleborũ. idq; ſi robuſtus fuerit purum: ſin vero debilis, cum æquali parte phacii commixtũ, ceſſans poſt quintam aut ſextam potionẽ, ventrem inferiorem pharmaco non mouebis, niſi febres fortiores accidant, qui ſi non accidant, lacte aſinino per inferiora purgabis, ſi ne id quoq; propter virium imbecillitatẽ bibere poſsit, ſumat clyſterem, minime autem caput moueas. Sed ſi ſputũ copioſum & ſal-

ſum in os defluat, adhibeas aliquid naribus quod non adducat choleram, ſi vero id non defluat in os, nihil omnino capiti admoueas. Si ſputum ſit fœtidum, interim dum exhibes phacium, infundas in pulmonem pharmacum, vnum diem interponendo quo ſuffias. Ex cibis ſumat carnes ouillas & auium, piſces vero ſelachas & ſcorpiones coctos. Quarto quoquo die vtatur muria optima & pinguiſsima. In prandio ſumat mazá, in cœna panem cum illa mixtum, neq; quicquam ſorbeat, neq; cyceonē bibat, quamdiu comedere poterit. Delectetur obſoniis & comedat pro tritico ſiſamum, coriandrum & anetum. Silphium non ſumat neq; quancunq; aliam herbam acriorem, & propterea neq; origanum, neq; thymum, neq; rutam, deambulet tam ante quam poſt cibum, cauendo à ſole, vento, crapula & libidine, lauetur aqua tepida excepto capite. Atq; iſta quidem longo tempore obſeruet.

Phtiſis ſpinæ dorſi.

PHtiſis ſpinæ dorſi à medulla oritur. Inuadit autem maxime eos qui nuper admodum contraxerunt matrimonium, & qui ſe

mutuo

mutuo vehementer amant, hi ſunt ſine febre ac bene comedũt, nihilominus contabeſcũt. Talia pacientem ſi interrogaueris, dicet ſibi videri à capite per ſpinam quaſi formicas deſcendere, & cum veſicam vel aluum exonerat, exit ab eo genitura multa & humida, & mulier non concipit, ipſe capitur pollutionibus nocturnis ſiue cum vxore concumbat ſiue non, cum peregre proficiſcitur aut currit, aſthma eum, & in reliquo corpore imbecillitas corripit. Caput grauatur, aures tinniunt. Hunc quando febres fortiores corripiunt, interficiunt prę nimia animi impaciencia. Huius curam ſi in tempore ſuſceperis, totũ corpus calfacias, deinde dabis pharmacum per ſuperiora, poſtea caput purga, tandem per inferiora purga, coneris autem id maxime in vere prębibendo lac aut ſerum aſininum. Bouinum vero lac dabis in potu per quadraginta dies. Tempore quo bibit lac, veſperi chondrum tantum ſorbeat ab aliis cibis abſtinendo. Poſtquam iam ceſſauerit lac potare, cibis reficiatur molliſsimis incipiendo à paucis cum tempore vero ad craſsiores procedendo, per annum à Baccho Venere & pe

regrinationibus abſtineat, niſi quod deambulet cauendo interim à frigore & ſole, lauetúrque tepidè.

Pulmonis morbus.

SPutum craſſum & nigrum tuſsi reiicitur, corpus atrum ac tumidũ redditur, pectus ac ſpatulæ leuiter dolent, difficulter trahunt ſpiritum. Iſte morbus altero minus eſt periculoſus, nã plurimi euadunt. Talis bibat helleborum tam purum quam phacio mixtum, vtatur infuſionibus in pulmonem & ſuffumigiis & laute viuat, abſtinendo à carnibus bouinis ouillis & ſuillis, herbisq́ acrioribus vt origano & tymbra. Mane ieiuno ſtomacho deambulet. Poſtea bibat † de foliis cum vino. Tandem vtatur cibis ſupra dictis.

τῶν φύλλων de hoc uide in expoſitione linguarum.

Arteria vulnerata.

SI arteria vulnerata fuerit patiens tuſsi vexatur quo ſanguinem reiicit, & clanculum ſanguine in pharynge collecto, reiicit grumos ſanguinis: dolor vehemens ex pectore in metaphrenum pertingit, ſputum eſt viſcoſum & multum, pharynx exaſperatur, febris & rigor accidunt, pharynx tanquam à re pingui reſonat. Per quindecim dies talia patitur.

poſtea

poſtea pus expuit ac tanquam brõchia char-
tilaginoſa vlceris,iterumq́; tuſsiendo ſangui
nẽ reiicit,poſt puris reiectionẽ, craſsiora ſpu
it,& febris augetur, tandẽ malũ hoc in pthi-
ſim deſinit ac vocatur ruptio pulmonis,quod
ſi cum primum ſanguinem reiicit poſtea nõ
pus ſpuat,oportet eum ceſſare à defatigatio-
ne,exercitio & curru,abſtinẽdo à cibis ſalſis
craſsis pinguibus & oleribus acribus,cũq́; pa
tiens cognouerit ſe optime diſpoſitum,vra-
tur in pectoris & metaphreni vtraq; parte,
& poſtquam vlcera illa fuerint ſanata, abſti-
neat per annum à repletione potus & cibi,
neq; manibus laboret,nec curru vehatur. ſed
optime corpus nutriat.

Iuncturæ pulmonis conuulſæ.

QVando pulmonis iuncturæ conuellun-
tur,ſputũ album interdũ etiam ſangui-
neum reiicitur. Talia patiens deſipit, febrit,
dolet pectore,metaphreno & latere, ſin mo-
ueatur,tuſsit & ſternutat, huic in loco dolo-
ris calfactoria applicabimus, dabisq́; in ſor-
bitione centauream, daucum & ſaluiæ folia
trita,addendo mel cum aceto, ac ſuperbibat
aquam. Quin & ſuccum ptiſanæ ſorbeat

ſuperbibendo vinum aquoſum. Dolore ceſſante. R.ſaluiam contritam, hypericum, eryſimum & farinam, contrita omnia pondere æquali, miſce in vino, bibat ieiuno ſtomacho ſi non fuerit ieiunus, fabas elixas non ſalitas ſorbeat. Quādo calor viget cibos ſumat molliores, non ſalitos & inſipidos, donec & toto corpore, pectore & tergo bene ſe diſpoſitū ſētiat. Si vero utraq; conuellantur tuſsit, ſputūque album ac craſſum inuenies, dolor acutus pectus ſpatulas & pleuram occupat, aduritur, impletur rubeis maculis, ſentitq; pruritū, neq; acquieſcit ſiue ſedeat ſiue iaceat ſiue ſtet ſed male angitur. Talis in quarto die plerūque moritur, quem ſi euaſerit, non tamen magna ſpes reliqua eſt, periclitatur enim iterum in ſeptimo. Si illum quoq; exceſſerit, ſanus erit. Ita affectum bis in die lauabis multa aqua calida, inſtante dolore admouebis calfactoria. Sorbeat mel, acetum & ſuccum ptiſanę, ſuperbibendo vinum album vinoſum. Si balneum & calfactoria non ferat, linteamina craſſiora in aqua madefacta pectori & tergo admoueas, bibat de fauo diluto in aqua frigida, & ſuccum frigidum cum aqua ſuperbibat, ia-

ciat

ciat in loco frigido. hęc facere poterit. quamuis morbus ſit letalis.

Eryſipelas in pulmone.

SI in pulmone eryſipelas fiat, tuſsit: ſputum reiicit album & copioſum tãquam à chartilagine, eſtq́ minime ſanguinolentum, dolet metaphrenum, keneones, laparæ & inteſtina rugiunt. Vomit ſorbitiones ac quaſi acetum, dẽtes ſtupẽt, corripitur febre, rigore & ſiti, ſi quid comedit inteſtina rugiunt & acidum eructat, ventriculus murmurat, corpus torpet. poſt vomitum videtur melius ſe habere, cum non vomit, ſequenti die rugitus & dolor in ventriculo generantur, tandem excrementa alui humida facta, excernit. Iſte morbus præcipue aut ex ebrietate aut ex nimio eſu carnium generatur, ex aquæ item tranſmutatione, quamuis etiam alias habeat cauſas, huic pharmacum quod per inferius purget, dabimus, ſuperbibẽdo lac aſininũ niſi natura ſpleneticus fuerit. Quod ſi fuerit ſpleneticus non eſt purgandus liquore aliquo, neq́ lacte neq́ ſero, ſed per ea quæ in parua quantitate aſſũpta multum purgant. Quod ſi venter nõ fluat in omnibus his morbis clyſteres & glan-

Quid ſint κενεωνες καὶ λαπαραι uide in comment Gale. 2. lib. cap. 1. prædictio.

glandes applicētur,in iſto vero morbo cum febris remittit,& patiens melius ſe habeat,in aqua frigida lauabitur & vtetur exercitio. Prouocabimus etiam vomitum in vere & autumno. Deinde recipe capitulorū allii & origani drachmam,quantum videlicet digitis comprehendere poteris,infunde in duas cotylas vini dulcis, aceti acutiſsimi & mellis partem quartam. Coque vt relinquatur pars tertia, poſtea nudato ęgro & loto aqua tepida propina calidè. Poterit etiam bibere phacium commixtum melle & aceto donec repletus euomat. Tandem illa die farina & aqua ſit contentus. Veſperi comedat parum de beta & maza,bibat vinum aquoſum. Alio tēpore iterum vomat poſt cibum, beneficio phacii. Si dolor abſcedit in ſcapulas,cucurbitulam appone & venas in manibus ſeca, cibos ſumat inſulſos non craſſos ac minime pingues,acerba & acetoſa comedat & omnia frigida. Vtatur deambulationibus. Hæc ſi fecerit quam optima victus ratione vtetur & quamuis morbus iſte longo tempore duret, non tamen eſt mortalis,ſed ſeneſcentes deſerit. Quod ſi iuuenes exiſtentes adhuc citius

curare

curare volueris, purgabis eos & adure in pectore & metaphreno.

Notias ſiue morbus in tergo.

RIgor, febris, tuſsis & difficilis reſpiratio accidunt ſputum reiicit croceum, interdum & ſanguinolentum dolet maxime in metaphreno & maxillis, in tertia aut quarta die mingit ſanguinolenta, ac in ſeptima moritur, quod ſi ad decimum quartum peruenerit, ſaluus euadit, raro autem eo deueniunt. Huic melicratum cum cortice apii aut feniculi in noua olla coctum propina frigide, dabisq; ptiſanæ ſuccum bis in die ſuperbibendo vinum aquoſum, album. In loco dolenti adhibeas calfactorium & lauabis aqua calida niſi febris vehemens adfuerit. Vbi quatuordecim dies exceſſerit, in prandio dabis milium, in cœna carnem catulorum, aut a iculas coctas harumq; ius ſorbeat primis diebus tamen cibis quam minimis vtatur.

Phyma in pulmone.

QVandꝙ tuberculum in pulmone generatur, tuſsi & orthopnœa laborat. vehementi dolore in pectore & pleura vexatur. Talis dolor durat vſq; in decimum quartum

diem. Nam in plurimis tot dierum ſpacio tuberculum hoc, inflammationem concipit, caput & palpebræ dolent, videreq; vix poteſt, corpus ſubruffum fit, ac venis impletur. Hũc lauabis multa aqua calida, melicratum aqueũ propinabis, ſuccum ptiſanæ ſorbeat, vinum aquoſum bibat. Dum dolor inteſtat, calefacias, ceſſante eodem cibis vtatur mollißimis. Si ceſſante morbo adhuc duret dyſpnæa, dũ vel in altum locum recta aſcendit, vel alioqui feſtinat, pharmacum dabis quo venter inferior non turbetur. Si vna cum vomitu pus exeat, idq; ſit album & fibras ſanguinis contineat euadit. Si vero ſit liuidum croceum & male olens, moritur. Purganturq; quibus pus erumpit in quadraginta diebus, in aliquibus tamen morbus per anni ſpacium durat, qui omnia obſeruabunt, quæ & empycus. Si nihil erũpit in aliquibus tumor in pleuram diſcedit, ac quibus hoc accidit hos vremus aut ſecabimus.

Pulmo repletus. Cap.

tussis signia:

QVando pulmo plenitudine laborat, tuſſis orthopnœa & aſthma accidit, patiens linguam exerit, & rubis maculis repletur,

tur,vexatur pruritu. Dolor vehemens ſpatu las & pectus vexat,neq; ſedendo neq; decũbendo neq; ſtando acquieſcit, ſed eſt inquietus talis in die quarto moritur,quem ſi euadit plerunq; bona ſpes reliqua eſt periclitatur tamen in ſeptimo,quem ſi exceſſerit,ſanitati reſtituitur ita affectum,bis in die multa aqua calida lauabis. Vbi dolor infeſtat admoueas calfactoria,bibat mel & acetum cocta, ſorbeat ſuccum ptiſanę ſuperbibendo vinum. Quod ſi calfactoria non toleret, exhibenda ſunt ei refrigerantia,ac bibat faunũ dilutum in aqua frigidiſsima, decumbat etiam in loco frigido hæc faciat,quamuis morbus ſit difficilis & letalis.

Pulmo in pleuram incidens.

QVando pulmo in pleuram procumbit, tuſsis & dyſpnœa accidunt, tuſsi ſputũ album reiicitur,dolet in pectore& metaphreno,cum iacet premitur,videtur enim ſibi põdus aliquod pectori incumbere acuti dolores illum pungunt, ſanguis ſicut fermentum feruet,ſpirationemq; impedit, fert decubitũ in latere affecto in ſano vero minime, videtur enim ſibi,quaſi pondus aliquod ex pleura

diem. Nam in plurimis tot dierum ſpacio tuberculum hoc, inflammationem concipit, caput & palpebræ dolent, videreq́ vix poteſt, corpus ſubruffum fit, ac venis impletur. Hũc lauabis multa aqua calida, melicratum aqueũ propinabis, ſuccum ptiſanæ ſorbeat, vinum aquoſum bibat. Dum dolor infeſtat, calefacias, ceſſante eodem cibis vtatur molliſsimis. Si ceſſante morbo adhuc duret dyſpnæa, dũ vel in altum locum recta aſcendit, vel alioqui feſtinat, pharmacum dabis quo venter inferior non turbetur. Si vna cum vomitu pus exeat, idq́ ſit album & fibras ſanguinis contineat euadit. Si vero ſit liuidum croceum & male olens, moritur. Purganturq́ quibus pus erumpit in quadraginta diebus, in aliquibus tamen morbus per anni ſpacium durat, qui omnia obſeruabunt, quæ & empycus. Si nihil erũpit in aliquibus tumor in pleuram diſcedit, ac quibus hoc accidit hos vremus aut ſecabimus.

Pulmo repletus. Cap.

QVando pulmo plenitudine laborat, tuſſis orthopnœa & aſthma accidit, patiens linguam exerit, & rubis maculis repletur,

tussis signia:

tur, vexatur pruritu. Dolor vehemens spatulas & pectus vexat, neq; sedendo neq; decúbendo neq; stando acquiescit, sed est inquietus talis in die quarto moritur, quem si euadit plerunq; bona spes reliqua est, periclitatur tamen in septimo, quem si excesserit, sanitati restituitur ita affectum, bis in die multa aqua calida lauabis. Vbi dolor infestat admoueas calfactoria, bibat mel & acetum cocta, sorbeat succum ptisanę superbibendo vinum. Quod si calfactoria non toleret, exhibenda sunt ei refrigerantia, ac bibat faunú dilutum in aqua frigidissima, decumbat etiam in loco frigido hæc faciat, quamuis morbus sit difficilis & letalis.

Pulmo in pleuram incidens.

QVando pulmo in pleuram procumbit, tussis & dyspnœa accidunt, tussi sputú album reiicitur, dolet in pectore & metaphreno, cum iacet premitur, videtur enim sibi pódus aliquod pectori incumbere, acuti dolores illum pungunt, sanguis sicut fermentum feruet, spirationemq; impedit, fert decubitú in latere affecto, in sano vero minime, videtur enim sibi, quasi pondus aliquod ex pleura

pendere,ac per pectus ipſu transſpirare,hunc bis in die lauabis plurima aqua calida,& propinabis melicratum. Poſt baneum. R. ſemen dauci & Centaureæ trita:coque in vino albo, & modico melle mixtis, de his bibat tepide, pleuræ applica vtrem vel veſicam bubulam aqua tepida plenam,faſciasq́ pectori alliga, iaceat in latere ſano, da illi ſuccum ptiſanæ tepidum, ſuperbibendo vinum aquoſum. Si vero ex quodam vulnere id fiat, aut ex eo (quod interdum accidit) quod quis empyicus ſectus ſit,tum veſicam fiſtulæ alligatã imple aëre & intro pelle, poſtea penicillum ſolidum ex ſtanno immittas. Iſto modo procedendo plurimum promouebis.

Phyma pleuræ.

SI in pleura phyma generetur, accidit tuſſis aſpera,dolor, febris, pondus in pleura percipitur,& in eodem loco ſemper dolor acutus infeſtat Sitis adeſt fortis,reſpuit potum calidum. In latere dolente non iacet ſed in latere ſano. nam cum eo inclinat,videtur quaſi lapidem ſentire ſuſpenſum,intumeſcit, rubet,pedes inflantur,hunc adure aut ſeca, deinde ſinas effluere pus vſq; in decimum dië

quoti-

quotidie purgádo vulnus lino. Vbi decimus dies acceſſerit,& pus omnino exierit, infunde vinum & oleum tepide, ne ſubito exiccetur,poſtea abſterge faſciis. Tandem poſtquá permiſeris effluere id quod prius infuſum erat, infunde alia & ita per quinq; dies continuabis. Vbi nunc pus tenue effluit tanquam ptiſanæ ſuccus & ita parum vt in manu teneri poſsit,penicillum ſtanneum impone,& vbi interiora exiccata fuerint,penicillum parũ prę ſcinde,donec totum vlcus coaleſcat.

Hydrops ſiue aqua pulmonis.

CVm aqua in pulmone generatur, tuſsis & febris accidunt patiens crebro reſpirat,pedes intumeſcunt, vngues omnes contrahuntur, & patitur omnia quæ empyicus iam factus,obſcurius tamé & tardius Si quid infundas,calefacias aut fumiges,& pus nó ſequitur,hinc cognoſces quod nó pus ſed aqua intus continetur.Si diutius aures ad latera ad moueris,audies ſonitũ. Quin & latera tanq̃ acetũ olent.Et aliquandiu quidé hęc patitur, poſtea aqua illa in ipſum ventrem medium decũbit. Tũ patiens illico ſanus & à morbo

 libera-

liberatus esse videtur. Cum tempore vero vẽter incenditur, similiaq; aut etiam maiora patitur. Quibusdã ventriculus intumescit, scrotum similiter & facies. Quidam putant malum hoc prouenire ex ventre inferiore, cernentes ventrem ita magnum & pedes inflatos, Atq; hæc quidem intumescũt, cum excedis tempus incidendi, talem vbi intumuerit curabis incidendo in externa pleuræ parte, si vero nullus tumor adfuerit, lauabis multa aqua calida & postmodum tractabis vt empyicum. Et in qua parte sonus exauditur, in eadem incide. Secabis tamen potius in parte inferiore, vt promptius effluat materia, post incisionẽ purgabis vulnus lineis pannis in crassitiem, tandem vero in acutum disp sitis, ac parce admodum aquam emittes. Cumq; in quinto die pus in penicillo apparuerit, euadit vt plurimum, quod si non acciderit, post emissionem aquæ sitis & tussis accidũt, & patiens moritur.

Pectus aut metaphrenum ruptum.

SI pectus aut metaphrenum rumpatur, ex omni parte dolor pectus & metaphrenum occupat, calores incertis temporibus accidũt

sputum

ſputum ſanguinolentum tuſsi reiicitur, admiſcentur enim ſputo tanquam pili ſanguinis, idq; magis accidit cum vel manibus quid laborat, vel curru equóue vehitur. Talem in anteriore & in poſteriore parte, idq; in vtroq; latere vres, hoc modo curabitur. Caueat tamen per integrum annum à labore, ac bene nutriatur poſt vſtionem.

Febris Cauſodes.

FEbris cum ſiti forti accidit, lingua apparet aſpera, nigra, crocea, ſicca & valde rubicũda: oculi crocei, excrementa ſubruffa & crocea, ſimilia mingit, expuitq; multum, ſæpe etiam vt in peripneumonia inſanit ac furit, atque hoc ſignum erit quod in peripneumoniam tranſit. Talis poſtquam peripneumoniacus factus eſt, & quatuordecim dies exceſsit, euadit, ſi vero id in decem & octo diebus fiat (niſi propterea quod non purgatus eſt, empyicus factus fuerit) bibat farinam hordeaceam, ſuperbibendo acetum album odoriferum. Bis indies ſuccum ptiſanæ ſorbeat, ſin vero ſit debilis, ter bibat ſuperbibendo vinũ aquoſum. Minime lauetur. Si empyicus factus fuerit, tractetur vt empyicus.

Febris

Febris lygnodes i.cum tuſsi.

FEbris acuta rigor tuſsis & ſingultus accidunt, cum ſputo tuſsi reiicit grumos ſanguinis. In ſeptimo die moritur. Si decimum exceſſerit, morbus remittit, in vigeſimo die materia ſuppuratur, & in primis diebus parum puris tuſsi reiicit. ſequentibus vero plus, in quadraginta diebus purgatur, hic in primis diebus bibat acetum mixtum cum melle cocto & admiſceat aceto aquam vt magis fiat aquoſum, ſorbeat ſuccum ptiſanæ cum modico mellis mixtum, ſuperbibendo vinũ album vinoſum. Poſtquam decem dies præterierint ac calor ceſſauerit, ſputum etiã purgatum fuerit, ſumat integram ptiſanam aut cenchrum. Si vero poſt vigeſimum diẽ pus expuat. R. ſaluiæ ruthæ thymbrę origani hypericonis omniũ partes æquales ita vt omnia paruum ſcyphum impleant, farinæ tantundem, de his minutim inciſis mixtis & coctis in vino dulci bibat ieiuno ſtomacho, eadẽq; ſorbeat in hyeme autumno & vere: in æſtate vero minime. Sed accipiat amigdala & ſemẽ cucumeris trita, ſeſami tantundem, in toto quantum cyathus vnus capit, aquæ ſuperin-

funde

fūnde quantū vna cotyla Aeginenſis, adde farinam & fauum, hęc poſt potionem ſorbeat, cibis vtatur pinguioribus, ſalitis: & piſcibus magis quā carne, caput minime calida aqua lauet, his ita factis à morbo euadet.

Morbus dictus lethargus.

TVſsis accidit, ſputum copioſum & humidum, patiens garrit: quando garrire deſinit, dormit, excrementa fœtent. Talis bibat farinam hordeaceam ſuperbibendo vinū album vinoſum, ſorbeat ſuccum ptiſanæ admiſcendo ſuccum ſidis ſiue mali punici, ſuperbibendo vinum album vinoſum, non lauet, talis in ſeptem diebus moritur, quos ſi exceſſerit, euadit ſanus.

Alius morbus dictus aphante.

ἀνάντη.i. ariditas ſiue ardor.

NEq; famem neq; cibum ferre poteſt, ſed cum ieiunus eſt inteſtina rugiunt & os vētriculi ſētit mordicationē, aliquādo alia: atq; alia euomit, cholerā, ſaliuā, ſordes & acerba, poſt vomitum aliquantulum melius ſe habere videtur. Poſtquam vero comedit, ſentit eructationes & inflammationes. Semper putat ſe multa excrementa per aluum velle eii-

cere,ſed cum ad ſellam peruenit, ventoſitates exeunt,caput dolet, totum corpus nũc in hoc,nunc in alio loco tanquam aciculis pungi videtur, crura grauantur, debilitantur & diminuuntur,ipſe etiam patiens fit debilior, hunc pharmaco primũ per inferiora, poſtea per ſuperiora purgabis,quin & caput purgabis:abſtineat à cibis dulcibus,oleaginoſis,pinguibus,item ab ebrietate:ſuccis vomitũ prouocet idq; poſt cibum:cum anni tempus patitur bibat ſiue lac ſiue ſerum aſini, pharmacũ item bibat,aut quocunq; tandem magis indigere videbitur,in ęſtate & vere lauetur aqua frigida,in hyeme vero & autumno vtatur vnctionibus,deambulet, modiceq; exerceatur. Si debilior ſit quam quod ſe exercere poſsit, peregrinetur,cibos ſumat infrigidantes & aluum ſubducentes, cum aluus fuerit aſtricta, adhibeatur clyſteres lenes. Morbus vero iſte eſt diuturnus,& ægroti cum eo conſeneſcũt, etiamſi eos deſerat,ſin minus, commoriuntur.

Febris phonodes i.letalis.

FEbris & rigor occupant, ſupercilia quaſi ſuſpendi videntur,caput dolet,euomit ſpu

tum

tum calidum cum multa cholera, interdum & per inferiora excernit, oculi in locis propriis non continentur, dolor vsq; ad collum & inguina peruenit, male cruciatur & delirat Iste in spacio septem dierum aut citius moritur, quos si superauerit, vt plurimum euadit, morbus tamen est letalis, huic sunt applicāda infrigidantia tam in visceribus, quā in capite, deinde torreas ac conteras rorismarini fructum paleis ipsis, postea in aquam iniecta quasi melicratum facias, hoc sumat plane aquosum, neq; cibum vllum, neq; sorbitiones offeras, donec septimus dies præterierit. Sed si omnino sit debilis, sorbeat bis in die parū de tenui succo ptisanę frigidè, superbibendo aquam, postquam septem dies præterierint & febris remiserit, cenchrum lingat, vesperi vero de cucurbita & beta parū sumat, superbibendo vinum album aquosum vsq; in nonum diem, postea cibis quam minimis, in prādio vero cenchro nutriatur, à balneo quādiu dolor & febris durāt omnino abstineat, quæ vbi cessauerint, multum lauet. Si venter fuerit cōstipatus adhibebis clysteres molles aut glandes impones. Postquam validior factus

cere,ſed cum ad ſellam peruenit, ventoſitates exeunt,caput dolet, totum corpus nũc in hoc,nunc in alio loco tanquam aciculis pungi videtur, crura grauantur, debilitantur & diminuuntur,ipſe etiam patiens fit debilior, hunc pharmaco primũ per inferiora, poſtea per ſuperiora purgabis,quin & caput purgabis:abſtineat à cibis dulcibus,oleaginoſis,pinguibus,item ab ebrietate:ſuccis vomitũ prouocet idq; poſt cibum:cum anni tempus patitur bibat ſiue lac ſiue ſerum aſini, pharmacũ item bibat,aut quocunq; tandem magis indigere videbitur,in æſtate & vere lauetur aqua frigida,in hyeme vero & autumno vtatur vnctionibus,deambulet, modiceq; exerceatur. Si debilior ſit quam quod ſe exercere poſsit, peregrinetur,cibos ſumat infrigidantes & aluum ſubducentes, cum aluus fuerit aſtricta, adhibeãtur clyſteres lenes. Morbus vero iſte eſt diuturnus,& ægroti cum eo conſeneſcũt, etiamſi eos deſerat,ſin minus, commoriuntur.

Febris phonodes i.letalis.

FEbris & rigor occupant, ſupercilia quaſi ſuſpendi videntur,caput dolet,euomit ſpu-

tum

tum calidum cum multa cholera, interdum & per inferiora excernit, oculi in locis propriis non continentur, dolor vſq; ad collum & inguina peruenit, male cruciatur & delirat Iſte in ſpacio ſeptem dierum aut citius moritur, quos ſi ſuperauerit, vt plurimum euadit, morbus tamen eſt letalis, huic ſunt applicãda infrigidantia tam in viſceribus, quã in capite, deinde torreas ac conteras roriſmarini fructum paleis ipſis, poſtea in aquam iniecta quaſi melicratum facias, hoc ſumat plane aquoſum, neq; cibum vllum, neq; ſorbitiones offeras, donec ſeptimus dies præterierit. Sed ſi omnino ſit debilis, ſorbeat bis in die parũ de tenui ſucco ptiſanę frigidè, ſuperbibendo aquam, poſtquam ſeptem dies præterierint & febris remiſerit, cenchrum lingat, veſperi vero de cucurbita & beta parũ ſumat, ſuperbibendo vinum album aquoſum vſq; in nonum diem, poſtea cibis quam minimis, in prãdio vero cenchro nutriatur, à balneo quãdiu dolor & febris durãt omnino abſtineat, quæ vbi ceſſauerint, multum lauet. Si venter fuerit cõſtipatus adhibebis clyſteres molles aut glandes impones. Poſtquam validior factus

fuerit,naribus leue medicamentum adhibebis:ventrem inferiorem purgabis , tandē lac aſini bibat.

Morbus πελίη.i.liuidus ſeu niger.

Morbus regius ſiue ictericia.

FEbris adeſt ſicca, & horror in alia atque alia corporis parte:in capite & viſceribus dolor:choleram vomit : cum dolor adeſt ſuſpicere nequit, ſed grauatur : venter indureſcit:cutis & labra & album in oculis pallent: torue videt tanquam aliquis ſtrangulatus,interdum colorem mutat, & ex liuido ſubcroceus euadit.Huic adhibeas pharmaca per inferiora & ſuperiora,itē clyſteres,caput purga:balneis quam parciſsime vtatur:quin & ſi lauetur apricetur ſiue calide veſtiatur : cum anni tempus patitur bibat ſerum ſiue lac aſini:cibis vtatur molliſsimis & frigidis : abſtineat ab acribus & ſalſis , ſed ſumat mollia, dulcia & pinguia, patiens vt plurimum cum morbo iſto perit.

Morbus ἐρυγματώδης qui ructus generat.

DOlor acutus infeſtat : laborat multū & fortiter:ſeipſum huc & illuc iactitat:clamat:crebro eructat : poſt ructus videtur melius.

lius ſe habere,interdum & parū choleræ vomit,dolor à viſceribus in ventrem inferiorē & laparas vſq; deſcendit, quod vbi factum eſt,melius ſe habet, venter inflatur, induratur,rugit,neq; flatus,neq; excrementa alui excernuntur. Talem dolore inſtante multa aqua calida laua, ſimul admouendo calfactoria:quando vero dolor & flatus ſunt in ventriculo adhibeas clyſtere,deinde bibat ſuccū mercurialis coctum,cum ſucco ptiſanæ mixtum,ſuperbibendo vinum dulce aquoſum, cibum non offeras niſi dolore ceſſante, ſed infundat per noctem cortices,vuarū dulciū, deinde aquā iſtius infuſionis, ſex diebus bibat,ſi nō habuerit illas corticesaccipiat acetū cum melle coctum, poſtquam dolor remiſerit,accipiat pharmacum quod ventrem inferiorem purget,cibos ſumat molles & lenitiuos ventris,ac piſces potius quam carnes, ex carnibus veſcatur auibus & carne ouilla cocta, betam comedat & cucurbitam, ab aliis abſtineat. Talis morbus ſi iuuenes corripiat, cum tempore diſcedit,ſi vero ſenes commoriuntur.

Morbus

Morbus φλεγματώδης.i.pituitoſus.

MOrbus iſte inuadit quidem & virũ, magis tamen mulierem, eſtq; craſſa & bene colorata:iter faciendo debilitatur, idque maxime quando feſtinanter alios ſequitur:febris exigua adeſt,interdum etiam ſuffocatio Ieiuno ſtomacho multum choleræ & phlegmatis euomit, interdum etiam poſt cibum, de cibo tamen nihil reiicit, cum quid laborat dolet nunc in iſta nunc in alia parte pectoris & metaphreni,impletur exiguis ampullis tã quam ab vrticis vſtus. Talis ſumat pharmacum,ſerum & lac aſininum bibat, poſtquam ſerum hauſit, per multos dies accipiat pharmacum quod per inferius purget,tandem cũ ſerum bibere deſinit, poſtea bibat lac aſininum,tempore quo hæc bibit, abſtineat à cibis,ſed bibat vinum dulciſsimum, donec purgatus à potionibus diſcedat,poſtquam potare ceſſauerit,in prandio ſumat cenchrum, in cœna cibos paucos & molles, abſtinendo à pinguibus dulcibus & oleaginoſis,ac cum alias tum maxime in hyeme prouocet vomitũ phacio,prius tamen oleribus comeſtis, aqua calida quam rariſsime vti debet, ſed verſetur

in

in aprico,cum tali morbo commoriuntur.

Phlegma album ſiue leucophlegmantia.

TOtum corpus albo tumore inflatur, vẽter tactu craſſus apparet, pedes femora tibiæ & ſcrotum tument,reſpirat frequenter, facies rubet,os habet ſiccum, inter comedendum copioſus ſpiritus irruit,talis eodem die nunc bene habet, nunc male diſpoſitus eſt. Huic ſi in principio morbi vẽter inferior ſua ſponte turbetur,proxime ad ſanitatem accedit,ſi per ſe non turbatur, pharmacum adhibendum quod per inferius aquam educat, calida nequaquã lauandus eſt,ſed in aprico verſari debet, ſcrotum incide vbi exarſerit. Ex cibis ſumat panem purum frigidũ & betas, ex piſcibus ſcorpios coctos, iure pauciſsimo vtatur,omniaq; frigida ſumat, non dulcia neque pinguia,ſed omnia condita,acetoſa & acria,exceptis allio,cœpis & porro, de origano & thymbra multum comedat,ſuperbibẽdo vinum vinoſum, obambulet ante cibum, ſi propter pharmacum inflatur,ſumat clyſterem,aſſumptione ciborum, excrementa alui deprimat ac deambulet,nec lauetur. Pharmaca quam pauciſsima dabis, per ſuperius vero nun-

nunquam,niſi tumores ad inferiora deſcenderint:ſi vero ipſe ſit gracilis & ſit periculũ in pectore de ſuffocatione,dabis helleborum & caput purgabis,poſtea clyſterem adhibeas Morbus iſte in nullo fere creticat.

φροντίς.i.cura,morbus difficilis.

IN viſceribus videntur quaſi aculei patientem pungere,afficitur faſtidio,lucem & homines fugit,amat tenebras, timet, diaphragma extrinſecus intumeſcit, cõtactu dolet & metuit,metuenda & triſtia ſomnia videt, interdum & mortuos . Morbus iſte interdum plurimos in vere corripit. Talis helleborum bibat,capite purgetur, poſt purgationem capitis ſumat pharmacũ quod per inferius purget,poſthæc bibat lac aſininum, cibos ſumat paucisſimos niſi debilitetur, frigidis & ventrem mollientibus,minime vero acribus, ſalſis,& pinguibus,nec dulcibus, non debet lauari aqua calida,neq; vinum ſed aquã vt plurimum bibat,aut ſaltem vinum aquoſum, ab exercitiis & deãbulationibus abſtineat, hæc ſi obſeruauerit cum tempore à morbo liberabitur,ſi vero neglexerit ita morietur.

Morbus

Morbus niger.

NIgra euomit tanquam feces:interdũ ſanguinolentum,interdum ſicut vinum ſecundarium : aliquando tãquam atramentum polypi,aliquando ſicut acetum,quandoq; ſaliuam vel ſputum, quandoq; & cholerã croceam. Ac cum nigrum illud ſanguinolentũ vomit, fœtet non ſecus atq; cadauer, tumq; pharynx & os ab eo quod euomitur, quaſi aduruntur,dentesq; ſtupent . Id quod euomitur terram in quam cadit,tollit, viderurq; aliquantulum melius ſe habere, neq; dolet ſiue inediam patiatur,ſiue cibo ſe iniurgitet, ſed cum eſt ſine cibo inteſtina rugiunt,ſaliua eſt acida,poſtquam vero comedit, viſcera aggrauantur,pectus & metaphrenũ videntur quaſi ſtilis pungi,pleura dolet,febrit leniter, dolet capite,oculi non vident, crura grauantur, cutis nigreſcit & conſumitur. Huic cito pharmacum dabis, ſuo tempore bibat lac & ſerũ aſininum,à cibis dulcibus oleaginoſis & pinguibus arceatur, comedat frigidiſsima & remollientia aluum,caput purgetur, poſt potiones medicamentorum mittatur ſanguis in manibus niſi vires ſint proſtratæ,ſi venter ſit

conſtipatus ſumat clyſterem mollem, abſti-
neat à Venere & Baccho. nam ſi vtatur Ve-
nere ieiuno ſtomacho, in febrim incidit, abſti
neat à ſole, nimio exercitio, deãbulationibus
balneo aquę calidę, cibis acribus & ſalſis. His
ita obſeruatis, morbus cum iuuentute fugit
ac ſenectutem adfert, ſin vero nigri fiant, cõ-
moriuntur.

Alius morbus niger.

EST ſubruffus, macilentus, oculis croceis,
cutis attenuatur & ipſe omnino debilita-
tur, & quo magis accreſcit ętas, tãto morbus
fit maior, omni tempore vomit tanquã gut-
tam paruam, quantum videlicet vaſculum il
lud quod græci ςρόχθον nominant capit, fre-
quenter etiam cibum vomit, & cum eo chole
ram ac phlegma, poſt vomitum totum cor-
pus dolet, interdum & ante, lenis horror &
febris infeſtant, dulcia & oleaginoſa reuomit
maxime. Is purgandus eſt per ſuperiora & in
feriora, poſtea bibat lac aſininũ, cibos ſumat
molliſsimos & frigidos, piſces qui in littore
& locis petroſis capiuntur, quiq; ſquamis ca-
rent, betam, cucurbitam, carnes exiccatas, bi-
bat vinum album vinoſum multa aqua mi-
xtum,

xtum, deambulet vſq; ad defatigationé, neq; calide lauari debet & à ſole abſtineat. Hæc facere debet, morbus tamen eſt letalis, neque ad ſenectutem perducit.

Sphacelodes.

REliqua quidem omnia ſimilia patitur, vomit vero grumos ſanguinis cum cholera concretos, ac per aluum eadem, interdum vero & cibos excernit, adhibenda ſunt eadem remedia, quæ in morbis ante dictis admouendi clyſteres.

Finis ſecundi libri.

HIPPOCRATIS LIBER TERTIVS DE MORBIS.

DE omnibus febribus ſupra dictũ eſt, de aliis vero morbis nunc dicemus.

Cerebri œdema ſiue tumor.

QVando cerebrum propter inflammationem intumeſcit, dolor totum caput maxime tamen partẽ illam in qua eſt phlegmone, occupat: conſiſtit vero in temporibus, tũ aures implentur tinnitu, auditus debilitatur, venæ tenduntur & pulſant, febris & rigor interdum accidunt, dolor nunquam ceſſat, ſed interdum remittit, interdum magis affligit, clamat, ſurgit præ dolore, poſtquã ſurrexit, ſtatim iterum ad lectum recurrit, ſeipſum iactitat. Talis omnino morietur, quoto vero die, hoc non habet certam determinationẽ, nam alii aliter intereunt, quamplurimi tamẽ in ſeptimo die moriuntur, qui vero vigeſimũ primum

primum diem excedunt, ſani euadunt. Cum itaq; totum caput circumquaq; dolet, admouebis ea quæ caput refrigerant, radendo videlicet caput, ac poſtea infundendo in veſicã vel inteſtina aliquod refrigerans, vtpote ſuccum ſolani & terram ceramitidem, quorũ alia apponemus frigida, alia rurſus deponemus ante quam fiant tepida, etiam ſanguinẽ mittemus & caput purgabimus cum ſucco apii odorifera aliqua miſcendo, à vino prorſus abſtineat, ſorbeat ſuccum ptiſanæ ac ventrem inferiorem ſoluat.

Repletio cerebri doloroſa.

QVando caput circumquaque dolet propter repletionem cerebri, immundiciẽ denotat, patiens toto capite circumcircũ dolet, inſanit, moritur in ſeptimo, neq; euadit niſi in ſeptimo humor per aures erumpat. ita enim dolor ceſſat & ipſe compos mentis redditur, effluit vero multum & non odoratum, taliter diſpoſito melius eſt non curare prius aures quã pus effluxerit, quod ſi ventrem inferiorem & ſuperiorem purgare volueris, vtrunque facias diuerſis temporibus,

postea fomentes cum totum caput, tum vero præcipue aures & nares. Succum ptisanæ sorbeat, à vino omnino abstineat, postquam pus erumpit, non obstruas, donec post copiosum fluxum sua sponte desinat, postea aures tepide laua vino dulci aut lacte muliebri aut oleo antiquo, mollibus item ac odoriferis suffitis caput crebro suffias, quo cerebrum purgetur citius. Hic primum quidem dũ fluxus est copiosus, non audit, cum tempore vero vbi iam fluxus diminuitur, auditus etiam fluxu omnino represso, redit & qualis antea fuit redditur, fugiat solem, ventum, ignem, fumum, graueolentia & similia, quiescat, victus ratione molli vtatur, vasa non impleantur ita vt venter inferior mollis & laxus conseruetur.

βλήτοι. i. stupidi vel apoplectici.

ATtoniti vel apoplectici dicuntur, quando cerebrum multa immundicie plenũ, primum in anteriore capitis parte dolorem excitat, ex talibus suspicere non possunt, quidam ambobus oculis, alii alterutro, sopor illos occupat, mente capiuntur, tempora pulsant, febris lenta adest cum corporis intemperie,

perie, moriuntur in tertio aut quinto, ſeptimum non attingunt: ſi vero attingunt, ſani fiunt. Talem ſi quis curare voluerit, neceſſe eſt vt caput fomentet & incidat quo materia poſsit euaporare, ſi dolor infeſtet ſternutationes prouocabis & caput purgabis leuibus & odoriferis, ventrem quoque inferiorem purgabis, à vino omnino abſtineat, vtatur ſucco ptiſanæ.

Syderatio cerebri.

QVando caput ſyderatur dolor ex capite in collum & ſpinam deſcendit, patiens non audit, capite friget, totus inflatur, ſubito obmuteſcit, è naribus ſanguis fluit, redditur liuidus, talis morbus ſi leuiter aliquem corripuerit, poſt fluxum ſanguinis, patiens liberatur: ſi vero vehementer correptus fuerit, cito moritur. Huic rebus odoriferis ſternutationem prouocabimus, ventrem vtrūq; vel alterutrum purgabimus, naribus beneolentia ſed lenia applicabimus, ſorbeat tenuia & tepida, vinum omni modo vitet.

Lethargus.

LEthargi eadem fere eſt conditio cum peripneumonia, niſi quod ſit magis periculoſus,

loſus,& ab humida peripneumonia hoc ſolo diſtinguitur,quod letargus ſit tardior , patiturq; talia,tuſsim,ſoporem , ſputū copioſum & humidum reiicit,multum dolet , cum eſt proximus morti,per inferius multa humiditas exit,in tali morbo exigua ſpes eſt reliqua nihilominus prouocare quantum poſſumus ſputū debemus,calfacere,à vino arcere,quod ſi euadit empyicus fit.

Cauſos ſiue febris ardens.

CAuſus habet ſitim magnā , lingua riget, ſiquidem cutis ipſius in principio quidē vt ſolet valde ſicca eſt,ſed proceſſu temporis induratur,exaſperatur, ingroſſatur & nigreſcit,ſi hæc cito accidant , ſtatim criſes fiunt: ſin vero poſtea accidant,tardius creticant.declinationem itaq; morbi omnino lingua indicat,non ſecus atq; in peripneumonia , vrinæ etiam cholericæ aut ſanguineæ,laborem ſiue periculum indicant,flaua vrina nullum periculum prænunciat, ſputum propter caliditatem & ſiccitatem combuſtum & craſſum exiſtit.Sæpe morbus iſte in peripneumoniā trāſit,poſtquam hoc factum eſt,patiens cito moritur.Hunc ita curabimus,aqua calida bis aut

ter

ter in die, excepto tamen capite lauabimus, in diebus tamen creticis non debet lauari: in primis diebus purgabimus & aquæ potioné iniungemus, aqua enim vt plurimum vomitum prouocat:ſequentibus diebus poſt purgationem humectabis prębibendo iuſcula & vina dulcia. Quod ſi in principio nó fueris vocatus, ſed cum iam prædicta ſigna in lingua apparent, nihil agas prius quam dies cretici præterierint, & ſigna linguæ benigniora fuerint: itaq; neque pharmacum, neq; clyſterem purgatiuum dabis, prius quam criſes præterierint.

Pulmo tumens præ calore.

QVando pulmo nimia caliditate abundás intumeſcit, adeſt tuſsis fortis & ſicca, orthopnæa, crebro reſpirat, ſæpe difficultatem ſpirandi patitur, intumeſcit, nares dilatat non ſecus atque equus poſt curſum, linguá crebro exerit, pectus reſonare & pondus continere videtur, ideo dilatari nequit, ſed laceratur & dolet dolore acuto, tergum, pectus & latera tanquam ab acu punguntur ac vruntur tanquam ab igne, puſtulæ rubicundæ in pectore & tergo excreſcunt tanquam igne

exiccatæ, percipit fortes punctiones ac omnino angitur, ita vt neque stare neque sedere neque iacere posit, ac præ nimia anxietate ita se ipsum torquet, vt iamiam moriturus videatur moritur tamen potius in quarto aut septimo die, quos si excesserit, plerunque non moritur. In huius cura primo omnium venter inferior clystere bene purgandus est: deinde in brachio, naribus, lígua & aliis corporis partibus sanguis mittendus, potus & sorbitiones infrigidantes dabimus: quin & vrinas prouocantia, ea quæ non calfaciunt, exhibebimus, idque sæpe, ad dolores compescendos cum sæuiũt applicabimus lenia & humida calfactoria, quæ partem affectam dolore tepefaciant & humectent. reliquis partibus frigida apponemus, ita vt dũ ista deponim⁹, alia illico supra ponamus: in loco vero vbi quasi aduritur, exquisite frigida admouebimus, vinum vero vitet omnino.

Dolor capitis.

QVando aliqui propter vehementẽ dolorẽ capitis vel ex ebrietate vel aliqua alia causa generatum, subito muti reddũtur, circa septimum diem moriuntur: minus tamen

men moriuntur,qui ex ebrietate tum alia his ſimilia patiuntur,tum etiam multi euadunt. Quod ſi enim vel eodē die, vel ſecundo vel tertio in vocem iterum erumpant, ſani euadunt,id quod quidam ex ebrietate faciũt & non moriũtur,his ſternutatoria fortia & clyſteres choleram vehementer educentes admouebimus,cum reſipiſcunt,ſuccum tapſiæ dabimus cum multis calidis & humidis vt quàm celerrime vomant poſtea ſeptē diebus tenui diȩta nutrias,vinum auferas, mittēdus etiam ſanguis ſub lingua ſi venam poteris cō prehendere.

Phrenitides.

PHrenitides fiunt etiam ex aliis morbis,patiuntur vero talia,prȩcordia ita dolent vt nec tangi ſe patiantur,ardor ac mentis alienatio accidunt,immotis oculis vident,omniaq; ſimilia patiuntur his qui ex peripneumonia laborantes delirant. Talē humectare debemus,humidis fomentis & potionibus excepto vino,ſi fieri poteſt per ſuperiora purgandus eſt,tuſsis item & ſputum prouocandum, non ſecus atq; in peripneumonia, ſin minus, ventrem inferiorem laxabimus, potum hu-

mectantem propinabimus, id enim plurimũ expedit, morbus tamen eſt letalis, & moriuntur aliquando in tertio, quinto aut ſeptimo die: quod ſi ſpuere inceperint, creticant vt in peripneumonia.

Cynanche.

A Morbo qui in pharynge exiſtens cynãche vocato homo ſuffocatur, ac neq; ſaliuam neq; aliud quicquam deglutit, oculi laborant & prominent, tanquam in ſtrangulatis, videt rigide, vertere oculos non poteſt, ſe ipſum voluit ac ſurgit frequenter, facies, pharynx & collum ipſum aduruntnr, inſpicientibus nihil mali habere videntur, deprauate tamen tum vident tum audiunt, prę ſuffocatione non intelligunt quid dicant quid audiant aut quid faciant, ſed hiantes æſtuant ac inter loquendum expuunt. Talis in quinto, ſeptimo aut nono die moritur.

Paracynanche.

QVando ſigna aliqua cynanchę præterierint, remiſsiorem morbum indicant,

voca-

vocatúrque tum paracynanche: huic venam incidemus, maxime ſub mammis, exit enim cum tali ſanguine calidus ex pleura ſpiritus, purgabis etiam per inferius pharmaco aut clyſtere: fiſtulam per fauces in pharyngē immittas, per quam aërem in pulmonem attrahat: curandum vt quam celerrime expuat & pulmo euacuetur: facias ſuffumigium ex hyſſopo cilicio, ſulfure & bitumine, quod per fiſtulas & nares attrahat, & euacuandum phlegma: quin & pharyngem & linguam frica cum his quæ phlegma educunt, venas ſub lingua incide, mittas etiam ſanguinem ex brachio, ſi vires ſint validæ, à vino caueat, ſorbeat tenuem ſuccum ptiſanæ, cum iam morbus deſiit & patiens cibos iterum comedit, purgabis eum nouo pharmaco, ne aliud in malum incidat.

Icterus ſiue morbus Regius.

ICterus morbus eſt acutus & qui cito enecat, cutis tota eſt colore corticis mali punici

punici, magis tamen pallida, quali videlicet ſunt colore lacerti virides. Color etiam vrinæ ſimilis eſt eruo fuluo, febris & horripilatio lenta adeſt: interdum neq; veſtimenta ferre poteſt, ſed mordetur ac laceratur, mane cũ eſt ieiuno ſtomacho viſcera vt plurimum rugiunt, ſi quis illum cupit excitare ac alloqui, non ſuſtinet, talis vt plurimum in ſpacio quatuordecim dierum moritur, ſi hos exceſſerit, ſanatur. Debet lauari in aqua calida & melicratum bibere cum ſucco nucum precocium decorticatarũ, & coma abſynthii amborum parte æquali, aniſi contriti parte dimidia, bibat autem mane ieiuno ſtomacho dragmam vnam, ac veſperi dum vadit cubitum idẽ melicratum, alias bibat vinum antiquum tenue: ſumat ſorbitiones, neq; à cibo abſtineat.

Tetanus.

SI quem tetani corripiunt, maxillæ tanquã lignum rigent, os aperire non poteſt, oculi lachrymas ſtillant, torue videt tanquam ſtrabo, metaphrenum eſt rigidum, crura & brachia circumducere nequit, facies quoq; riget, maximo dolore afficitur, & quando eſt proximus morti, per nares & per os reuomit ſorbitiones

bitiones & phlegma. Talis aut in tertio aut quinto, aut ſeptimo vel ad ſummum in decimo quarto moritur, quos ſi euaſerit, ſanitati reſtituitur. Huic dabimus pillulas piper & helleborum, etiam gallinarũ pingue calidũ, admouebimus ſternutatoria fortia & multa, ac ſuffitus, quamdiu non vtetur ſuffumigiis vndequaq; in vtreolis & veſicis applicabimus calfactoria humida, præcipue tamen ad partes affectas, ſæpe etiam & multum calidis vnguentis inungatur.

Opiſthotonos.

SI vero opiſthotonos acciderit, reliqua omnia accidentia ſunt ſimilia iam ſupra dictis: conuelluntur vero membra ac pręcipue caput ad partes poſteriores, interdũ clamat, dolores ſunt fortes, neque patitur aliquando vel crura circumduci, vel manus extendi. cubitus enim habet inflexos & manus in pugnum contractas, ac magnum digitum plærunq; aliis digitis comprehendit, clamat, delirat interdum, ſeque ipſum continere nõ poteſt, ſed voluitur cum dolor ſęuit: ceſſante vero dolore quieſcit, interdum & muti reddun tur, mente capti, furioſi & melancholici, hi ſoluta

luta prius voce in tertia die pereunt, ac euomunt per nares. Quod ſi contingat eos decimum quartum diem excedere, ſani fiunt: eodem modo talem curabis, quo iam ante dictum: aut ſi volueris poteris etiam ſic facere, perfunde eum multa aqua frigida, poſtea veſtes molles mundas & calidas imponas, tū́q; caueas ab igne: ita curabimus & tetano & opiſthotono laborantes.

εἰλεοί.i. laborantes dolore in inteſtinis gracilibus.

ILiei ſiue iliaci fiunt, ventre quidem ſuperiore excalfacto, inferiore vero refrigerato, inteſtinum enim exiccatur & obſtruitur propter inflammationem, ita vt neq; flatus neq; alimenta tranſeant, ſed venter omnino indureſcat. patiens euomit primum quidem phlegmatica poſtea cholerica, tandem ſtercus, ſitit ac dolet maxime in hypochondriis, quin & totus venter dolet, inflatur, murmurat, febres accidunt, durant autem plærunq; ſeptē diebus. Hos ita curabimus, ante omnia ventrem ſuperiorem purgabimus, mittemus ſanguinem ex capite & brachiis, vt ſuperior vēter inflammari deſinat, refrigerabimus ſuperiorem

riorem præcordiorum partem excepto tamẽ corde, inferiora calfaciemus ponendo hominẽ in vas ligneum aqua calida plenum, semperq́ꝫ vnguendo, admoueas calfactoria humida, facias glandem ex solo melle longitudine vnius digiti, in summo cuspide implastrãdo aliquid de cholera tauri, imponas bis aut ter, quo quicquid est adusti excremẽti in ano contentum educas, quod si quod quæris, ita assequeris postea superinfundas clysterem, sin minus, immittendo follem æneum inflabis vsq́ꝫ ad ventriculum, ita vt tam ventriculum quam intestina inflando distendas, posthæc excepto folle infundas clysterem, habeas autem in promptu clysterem, non eum qui multum calfaciat, sed qui colliquefaciat ac dissoluat stercus, tandem obturato ano spongia, sedeat in aquam calidam retinendo clysterem, quod si hoc pacto clysterem acceperit, atque iterum reddiderit, sanus reddetur, tempore præcedente mel optimum lingat, vinum patrium bibat, si morbus iste remittat, & febris superueniat, nulla spes reliqua est. Eodem pacto etiam inferior venter solutus interficit.

Peripneumonia.

PEripneumonia talia prȩſtat, adeſt febris acuta, ſpiritum calidum crebro reſpirat, angitur ac debilitatur, voluitur, dolor ſpatulas clauiculam & mammas occupat, pondus ſentitur in pectore, interdum etiam mente alienatur, quidam dolorem non ſentiunt donec tuſsiant, ſed talis morbus altero eſt diuturnior & difficilior, in principio namq́; ſputum eſt tenue & ſine ſpuma, lingua flaua, tēporis proceſſu nigreſcit, quæ ſi in principio nigra fuerit, citius morbus finitur: ſin vero tēporis proceſſu, tardius. Tandem lingua exaſperatur, ita vt digitus admotus hæreat, morbi itaq; mutationem non ſecus atq; in pleuritide lingua indicat, hæc ad minus quatuordecim, ad ſummum vero viginti & vno diebus patitur. interea tēporis tuſsi purgatur, ac tuſſit primis quidem diebus multum ſpumoſæ ſaliuæ, ſed in ſeptimo & octauo quando febris nunc eſt in vigore, ſi quidem humida fuerit peripneumonia, craſsiora ſpuit, ſi non, minime: in nono & decimo, ſubcroceum & ſanguinolentum ſpuit, in duodecimo vſque ad decimum quartum, multum & purulentum, & quo-

& quorum quidem natura ac corporis constitutio humida est, in his etiam morbus iste est fortior, qui vero natura sunt ficciores, minus ægrotant : qui itaq; in decimoquarto die exiccantur, ita vt purulenta amplius non expuant, sani euadunt: sin minus, animaduerte decimum octauum & vigesimum primū diē, ac si tū cessat, euitabit expuitiones, si non cesset, interroga patientē vtrum sputum sibi videatur dulcius. Quod si ita esse dixerit, scias pulmonem esse purulentum, & morbū per integrum annum duraturum, nisi accelerando in quadraginta diebus pus eductum fuerit. Quod si dicat sibi sputum esse iniucundū atq; molestum, scias morbum esse letalem, id quod primi statim dies indicant. nā si putrida & purulenta per viginti duos dies reiecerit ac interim non vlceretur, euadit, sin aliter minime. Hæc peripneumonia nihil differt à malis in pulmone existentibus, quorum si aliqua abfuerint, medicus debet intelligere, quę mala patientem teneant, & ea quæ Medicus aggredi debeat, si enī pauca signa adfuerint, caueat Medicus ne decipiatur, non enim letalis sed leuis erit peripneumonia, curabit vero

peripneumoniam hoc pacto, quamuis etiam non peccare poterit, etiamsi tã pleuritim quã phrenitim eodem modo tractet Medicus. In principio caput purgãdo alleuabimus, ne quid inde in pectus defluat, in primis diebus sorbitiones sint dulciores, ita enim quam maxime id quod affixũ & impactum est abluendo mouebis, quarto quinto & sexto die sorbitiones nõ dulces, sed pinguiores dabimus. hoc enim excretionẽ per superiora adiuuat. quod si non poterit quantum oportebat expuere, detur pharmacum quod per superiora educat, quin & ventrem in primis quatuor aut quinq; diebus paulo liberalius laxabimus quo & febris minuatur & dolores fiant leuiores, postquam vero nunc purgatus fuerit corpusq; redditum imbecillius, inferiorem ventrem tertio quoquo die commouebimus, quo corpus sit validius, superiora tamẽ ab humore superfluo euacuentur, quando enim per inferiora copiosa humiditas excreta fuerit, quito die morietur, interim enim dũ humor descendit deorsum, superiora exiccantur, ita vt sputum per superiora non expurgetur, conuenit itaq; vt neq; aluus nimium constipetur

& ita

& ita febris augeatur, neq; nimium fluat, & ita sputum quo minus per superiora euacuetur impediatur, simulque vires debilitentur. Pharmacum vero quod per superiora euacuet, dabimus in die sexto septimo & nono, aut etiã sępius si morbus diutius durat, sitq; pharmacum ex ęquis partibus hellebori albi, tapsiæ & elaterio nouo, sin sputum non bene euacuetur & spiritus sit frequẽs, purgationesq; non consequantur finem expetitum, prædicere debemus, quod nulla spes est reliqua vitæ, nisi tandem natura purgantibus medicamentis obtemperet. Hæc sunt etiam in peripneumonia obseruanda, quando venter inferior bene fecerit suum officium. Poteris etiã aliter facere. Statim in principio dabis ari magni, dauci, vrticæ ãn. drachmam vnam, synapi rutæ quantum tribus digitis comprehenditur, succi lazaris fabam vnam, hæc in aceto dulciori & aqua misce & infundens da ieiuno stomacho bibere tepide, postquam inceperit purum expuere, ari sisami dragmam vnam, amigdalarum in aceto infusarum bibat. Si adhuc magis euacuare volueris, misce his radicem corticis capparis.

Pleuritis.

SI quē pleuritis inuadit talia patitur. Adeſt dolor in latere, febris & horror, crebro id que non niſi erectus reſpirat, tuſsi reiicit biliosa colore corticis mali punici, niſi quid in pulmone ruptum ſit, quod ſi fuerit, ſanguinē ex ruptione reiicit, eſtq; potius ſanguinolentum & cruentum quiddam, ſed ſi non habuerit pulmonem diruptum, ſputum non ita eſt cholericum, ſin ſecus fuerit, magis quidē dolebit, ſed non tam facile morietur: ſputum vero ſanguineum eſt periculoſum, laborioſum & mortale. Quando itaq; accidit vt & ſimul ſingultiat, & tuſsi ſanguinis nigros grumos vna cum ſputo reiiciat, morietur in ſeptimo. Si vero decimum diem exceſſerit, à pleuritide quidem liberatur, ſed tamen in vigeſimo pus tam tuſsi quam vomitu reiicit, tandemq; nunquam omnino curatur.

Pleuritides ſiccæ.

PLeuritides ſiccæ ac ſine ſputo ſunt valde periculoſæ, creticant eodem modo quo & humidæ, niſi quod copioſiorem potum indigent, quę vero ſunt à cholera & ſanguine, creticant

ticant in nono & vndecimo, citiusq́ aliis curantur. Quod si dolores in principio fuerint mitiores, crescát vero in quinto & sexto sintque acutiores, tales ante duodecimum diem finiuntur ac pauci euadunt: periculum tamen maximum est, vsq; ad septimũ & postea vsq; ad duodecimum, postea curantur. Sed pleuritides quæ in principio sunt molles, in septimo autem & octauo vehementiores, in decimoquarto creticant & curantur.

Pleuritis in tergo.

PLeuritis in tergo tantum ab aliis differt, tergum dolet tanquam ex percussione, patiens ingemiscit, crebro respirat, statim pauca expuit, corpus lassitudine laborat, in tertio aut quarto die mingit liquorem sanguinolentum, moritur maxime in quinto, sin minus in septimo: hos dies effugiens viuet, morbusq́ diminuetur & minus erit periculosus: nihilominus diligentia opus vsq; ad decimũ quartum diem, postea sanus euadit. In aliquibus pleuriticis sputum est purum, vrina vero saniosa, tanquam liquor quidam à carnibus assatis, acutus dolor ex spina in pectus & inguina ipsa tendit, talis si septimum dié effugerit,

Pleuritis.

SI quẽ pleuritis inuadit talia patitur. Adeſt dolor in latere, febris & horror, crebro íd que non niſi erectus reſpirat, tuſsi reiicit bilioſa colore corticis mali punici, niſi quid in pulmone ruptum ſit, quod ſi fuerit, ſanguinẽ ex ruptione reiicit, eſtq́ potius ſanguinolentum & cruentum quiddam, ſed ſi non habuerit pulmonem diruptum, ſputum non ita eſt cholericum, ſin ſecus fuerit, magis quidẽ dolebit, ſed non tam facile morietur: ſputum vero ſanguineum eſt periculoſum, laborioſum & mortale. Quando itaq́ accidit vt & ſimul ſingultiat, & tuſsi ſanguinis nigros grumos vna cum ſputo reiiciat, morietur in ſeptimo. Si vero decimum diem exceſſerit, à pleuritide quidem liberatur, ſed tamen in vigeſimo pus tam tuſsi quam vomitu reiicit, tandemq́ nunquam omnino curatur.

Pleuritides ſiccæ.

PLeuritides ſiccæ ac ſine ſputo ſunt valde periculoſæ, creticant eodem modo quo & humidæ, niſi quod copioſiorem potum indigent, quę vero ſunt à cholera & ſanguine, cre-

ticant in nono & vndecimo, citiusq́ aliis curantur. Quod si dolores in principio fuerint mitiores, crescãt vero in quinto & sexto sintque acutiores, tales ante duodecimum diem finiuntur ac pauci euadunt: periculum tamen maximum est, vsq; ad septimũ & postea vsq; ad duodecimum, postea curantur. Sed pleuritides quæ in principio sunt molles, in septimo autem & octauo vehementiores, in decimoquarto creticant & curantur.

Pleuritis in tergo.

PLeuritis in tergo tantum ab aliis differt, tergum dolet tanquam ex percussione, patiens ingemiscit, crebro respirat, statim pauca expuit, corpus lassitudine laborat, in tertio aut quarto die mingit liquorem sanguinolentum, moritur maxime in quinto, sin minus in septimo: hos dies effugiens viuet, morbusq́ diminuetur & minus erit periculosus: nihilominus diligentia opus vsq; ad decimũ quartum diem, postea sanus euadit. In aliquibus pleuriticis sputum est purum, vrina vero saniosa, tanquam liquor quidam à carnibus assatis, acutus dolor ex spina in pectus & inguina ipsa tendit, talis si septimum dié effugerit,

gerit,ſanitati reſtituitur. Quod ſi cui eiuſmodi pleureſi laboranti, acceſſerint rubedo in tergo,caliditas in humeris, in ſedendo ponderoſitas,tandemq; ei aluus laxata crocea & fœtida reiecerit, is propter illud ipſum alui profluuium in vigeſimo primo die morietur quod tempus ſi ſuperuixerit,ſanus euadet. Qui vero ilico varia ſpuunt,doloresq; habét acutiores,hi in tertio moriuntur, hunc prętereundo ſanantur. Iá qui non ſanus fit,is in ſeptimo nono aut etiá decimo incipit fieri purulétus, idq; melius eſt. minus náq; id eſt letale,quamuis laborioſum. Pręter ſigna iá dicta in vnaquaque pleuritide, etiá hæc in lingua obſeruabimus. Puſtulis ſubliuidis (quales ferrum in oleum intinctum oſtendit) ſupra linguam exorientibus,ſi ſtatim in principio indureſcant,mutationem morbi difficiliorem, ſanguinemq; in illis ipſis diebus ſputo reiiciendum indicat, ſi vero hæc proceſſu temporis accidant, morbus in decimoquarto creticabit, neceſſarioq; ſanguinem expuet. De mutationibus vero morborum ita ſe res habet. Si in tertio die materia cœperit maturari ac reiici, citius ęger à morbo liberabitur: ſi vero tar-

ro tardius materia concoquetur, tardius etiá morbus creticabit, eodem modo & de dolore capitis iudicandum eſt. Dolores vero qui in omnibus pleuritidibus accidunt, magis interdiu quam noctu alleuiantur. Curabimus vero pleuritides maxima quidem ex parte, non ſecus atq; phrenitim & peripneumoniá: niſi quod à balneo calido & à potu vini dulcis abſtinendum eſt. Si itaq; in primo aut ſecundo die poſtquam morbus inuaſit, acceſſeris & aluus paulatim pura, cholerica eaq; pauca reiiciat, clyſteré ex tapſia adhibebis. Si vero aluus laxata, per noctem quidem fluat, ſequenti vero die dolor & murmur in ventre percipiatur denuo adhibeas clyſteré. Quod ſi patiens natura ſit bilioſus, correptusq; fuerit tali morbo non ante purgatus, priuſquam ſputo choleram reiiciat, bonum erit pharmaco prius choleram purgare: exſpuenti vero iá humorem cholericum, non dabis pharmacú nam ſi dederis, ſputum amplius non poterit per ſuperiora exire, & ita patiens in ſeptimo aut nono die ſuffocabitur, maximeq; ſi hypochondria doluerint. Quando ſupra doloré pleuriticum, etiam dolor in hypochondriis

T per-

percipiatur,adhibebis clyſterem,deinde ieiuno propina, ariſtolochiam hyſſopum cyminum ſilphium papauer album florẽ æris,mel acetum & aquam. Ac quod ad pharmaca quidẽ ſpectat,ita in primis diebus procedemus, reliqua ſic ſe habent. Pro vt vires ægroti patiũtur lauabimus eum multa aqua calida excepto ſolo capite,tempore criſis loca doloris calfaciemus humidis tepefactoriis,oleoq; inungemus: Quando tamen morbus ĩpetuoſe furit,melius eſt tam patientem quam medicũ ab omnibus remediis abſtinere, ne mali alicuius occaſionẽ præbeant:ſuccum ptiſanę coctum ſpiſsitudine mellis dabimus,poſt balneum vinum dulce & aquoſum, non tamen frigide,idq; parum ex ampulla lati orificii:cũq; tuſses accedunt,bibat multumq; ſcreet. potu enim humectabitur, ita vt pulmo humidior factus citius & facilius reddat ſputum,tuſſiſque minus erit laborioſa,quin & mali granati dulcis & vinoſi ſuccum cum lacte caprino modico & melle commiſceas, deſq; parũ & ſæpe tam interdiu quam noctu. Somnum maxime interdices,quo excretio facilior & citior accidat. Sanguineam vero pleuritin ita curabi-

rabimus. Poſt criſes patientem refocillabimus cibis leuioribus & quiete, caueat à nimio calore ſolis, à ventis, à repletione, item ab acetoſis, ſalſis & pinguibus, à fumo, à flatibus in ventriculo, à labore & Venere. ſi enĩ morbus iſte recidiuet mors ſequitur. Quod ſi in expuendo dolorem percipiat, ita vt non poſſet expuere. R. florem ęris cotinam vnã ſucci ſilphii cotinam ſemis, ſeminis trifolii parũ miſce cũ melle, vtatur lambendo ieiuno ſtomacho, aut. R. piperis grana quinq;, ſucci ſilphii quantitatem vnius fabæ, mel, acetum & aquam miſce, bibat ieiunus tepide, hoc etiam dolorem ſedat, quod ſi adhuc non poteſt, quantum natura poſtulat ſpuere, ſed ſputum retinetur, & ſtridorem in pectore excitat, accipiat de radice ari magni qantum acetabulũ vnum, miſce cum oleo & melle, poſt hęc ſorbeat acetum dilutum. Aliud remediũ fortius. R. florem æris quantitate fabæ vnius, nitri vſti duplum, hyſſopi quantum digitis tribus complecti poteris, miſce cum melle, poſtea aſperſa aqua & oleo tepide in ceramide infundas, ne ſuffocetur. Atq; hæc quidem in peripneumonia niſi purgetur facienda ſunt.

Quod ſi neq; ſtertit neq; expuit vt oportet. R. capparis fructum quantum tribus digitis complecti potes, piperis & nitri parum, hæc cum melle aceto & aqua miſce, de hoc tepide ſorbeat. Alio die hæc eadem in aceto melle & aqua cocta ſorbeat. Idem etiam his qui ſtri dent & interim purgari non poſſunt dandũ eſt, quod ſi id fortius facere volueris. R. hyſſo pi ſynapi & cardami concham aut cerami- dem contere, poſtea in melle & aqua coque, ſorbeat tepide. Si hoc pacto morbos iſtiuſ- modi curaueris, ſanitatem reſtitues, niſi ſpu- to aliquo in pulmone recepto pus generetur quod cum fit, adeſt tuſsis ſicca, febris, horror, orthopnœa, vehemens & crebra reſpiratio, vox paulo grauior, facies propter calorẽ co- lorata, tẽporis vero proceſſu magis hic mor- bus manifeſtatur. Hũc ſi infra ſpaciũ decem dierũ curandũ ſuſceperis, calfacies tã victus ratione quã balneo, infundaſq; in pulmonem pus educentia, & aliis itẽ remediis vtaris quæ pus extrahant, pręſcribas ei victus rationem, tanq̃ empyico, caput radas ad prohibendũ catarrhũ, quod ſi infuſionibus illis pus nõ ex trahatur, pus ex pulmone in capacitatem pe

ctoris erumpit, post quam eruptionem patiẽs videtur sanitati restitutus, eo quod pus ex loco angustiori in ampliorem peruenerit, ac respiratio quidem locum suum in pulmone retinet, sed cum tempore pectus pure impletur itaq; post eruptionem illam, per quindecim dies sinamus pus maturum fieri, propterea enim quod pus illud in spaciosiorem locum erupit & cito refrigeratur, & reliquã humiditatem in pectore existentem ad se attraxit, ita vt nunc quasi semiputridum sit, quod si in spacio istorum dierum sua sponte incipiat spuere bonum, sin minus, circa finem istorum quindecim dierũ adiuuabis eũ pharmacis & potionibus, vt quam facillime subleuetur, antequam corpus extenuetur, caput etiam purum seruabis, ad euitandas defluxiones ex capite, quod si omnino non expuat, materiaq; illa latera infestabit, incidendo aut vrendo curabis. Sin vero neq; spuat, neque etiam latera afficiat, ieiunum multa aqua calida lauabis, postea non potum constitues in sella firmiter fixa, tum alius ægrum humeris comprehendat, tu vero illum concute aures lateribus admouendo, quo intelligas vtrum

latus materia occuparit, velis autem potius in ſiniſtrum. eſt enim letale incidere aut vrere partem dextram, quanto enim dextræ partes ſunt robuſtiores, tanto etiam morbi in iiſdem partibus ſunt grauiores. Quod ſi præ ſpiſsitudine humiditas illa non voluatur, neque ſonus in pectore excitetur, crebro tamen ſpiritum ducat, pedesq́ intumeſcant & aliquo modo tuſsiat, ne decipiaris caue, ſed certo ſcias thoracē eſſe plenū pure, intingas itaque linteolum tenue in terram erethriā tenuiſsime pulueriſatam, humefactam ac tepidā, idq́ circum pectus liga, poſtea in qua parte primum exiccatum fuerit, in eadem incidas aut vras, quam maxime prope diaphragma, caueas tamen ne lędas ipſum diaphragma. Quod ſi pectus terra erethria inūgere volueris, eodem plane modo ſicut cum linteolo id quod cupis inueſtigabis. Multi tamen vna cū inunctionibus, linteolis quoq́ vtuntur, ne decipiantur, Dū ea quæ primo inunguntur, etiam primum areſiunt, poſt inciſionem aut aduſtionem ſudario tonſorio quo foramen obtures vtaris, ac quotidie parum puris emittas. Sed antequam incidas vel vras, corpore

ita

ita diſpoſito (qualiter diſponi volueris cum iam vis incidere vel vrere) eandem figuram corporis & locum incidendum vel vrendum ſignato ,ne fallaris ſi figura corporis mutata, cutis vel aſcendat vel deſcendat. Vitabis tuſſes ne ex cibo aut potu excitentur,néue pus iterum in pulmonem cõuellatur.id enim malum eſſet,ſed poſt inciſionem permittas pulmonem quam celerrime exiccari, poſt duodecimum diem totum pus emittas,& auferẽdo ſudariũ tonſorium bis in die ſinas effluere,ventrem inferiorẽ ex ratione victus quam maxime ſiccũ conſeruabis. Eodem modo inueſtigabimus ac curabimus,pus in pectore cõtentũ ex vulnere,aut ex peripneumonia, aut ex vehementi catharro, aut etiã cũ pulmo ipſe ad latera prociderit.Cum voles propter ardores poteris dare potiones illas infrigidãtes.Sunt autem variæ,quarum aliæ vrinã prouocant,aliæ excremẽta,quædã vtrunq;,quædam neutrum,ſed tantum infrigidant , non ſecus atq; ſi quis in vas aquam feruentẽ continens frigidã ſuffunderet, aut illud ipſum vas frigido aëre aſpiret,dabis autem aliis alia,neque enim dulcia omnibus conferunt , neque

etiam

etiam acerba, nec tandem omnes eadem bibere poſſunt. R.cerei ſicci cotylas duas, contere in aqua donec ſubdulcis fiat, poſtea diſtilla & iniice apium, hoc bibat. R. ſeminis lini quadrantale, in aquæ cotylas decẽ infunde, coque in olla noua ſupra carbones, quo exhalet, donec ſuccus fiat pinguis. R. Melicratum aquoſum, decoque vſq; ad cõſumptionem mediæ partis, poſtea iniiciendo apium, frigide paulatim bibat. R. hordei ſicci bene lati cotylam, infunde in congium aquæ, coque ad conſumptionem mediæ partis, bibat frigide. R. cymini æthiopici centeſimam partem, cotylæ vnius, infunde tres ſemicongios, coque ad tertiæ partis cõſumptionẽ, bibat frigide tam in cauſone quã aliis febribus. Aqua pluuialis idem facit.

R. ptiſanæ cotylam, ſuffunde conchium vnum aquæ, coquas ad conſumptionem mediæ partis, poſtea tranſcola admiſcendo apium, bibat frigide. Ad idem valent vuæ paſſæ vini albi cum aqua infuſæ. Aut. R. feces corticum vuarum dilutas. R. Vuarum albarum ſine arillis cotylam vnam, radicis pentaphylli manipulum vnum contere, ſuf-

re,ſuffunde cotylas viginti aquę,decoque ad conſumptionem partis mediæ, bibat paulatim frigide. R. hordei craſſiuſculi ſemimodium,ſuffundam conchium aquæ, cumq́ iam grana hordei intumeſcunt,contere manibus donec aqua fiat alba,poſtea iniice adianti drachmam vnam,tandem ſoli expone & propina. R. album de tribus aut quatuor ouis, id in conchio vno aquæ deuolue, id & infrigidat valde & aluum ſubducit. R. Semimodium hordei toſti & bene loti in aquæ conchio vno,ferueat bis aut ter poſtea frigide bibat. R.ſuccum ptiſanæ tenuē & album,miſce cum vino dulci, hoc humores non ducit. R. Cucumerem maturum decorticatum,ſubige in aqua,hoc vrinā prouocat,infrigidat & ſitim ſedat. R.orobi in aqua cocti,deinde ollam nouam in ollam maiorem plenam aqua impone, orobisq́ nouam aquam ſuffunde,coque parūper, poſtea effunde tertiam aquę partem, tandem maſsā orobi & maſſam cucumeris miſce,déque iſto propina frigide, id vehementer ſedat ſitim.

Item cum vini Thaſii parte vna miſce viginti quinq́ partes aquæ,exhibe. R. tri-

folium, cucumerem, farinam crassiusculá in aqua subige & dato. R. apii manipulos tres pulegii drachmas duas decoque in aceti cotylibus decem vsq; ad consumptionẽ duarum partium, misceto id cum melle & aqua, addendo adianti drachmam, bibat, hoc vrinam & aluum prouocat. R. poma dulcia odorifera frange, in aqua subige ac propina aquam illam. R. Mala cydonia pręparа eodem & da cum in febre ardenti aluus fluxerit. In ictero morbo. R. vuarum albarum exemptis lapillis, ciceris albi ân. semi cotylam vnam, hordei & cnici tantundem, aquæ cotylas decem, apii menthę coriandri omnium parum contere, vbi potus mediocriter dulcis fuerit, tandem iniice drachmam vnam adianti, exponas soli ac propina. His similia plura miscere potes, febricitantibus vero omnia quæcunq; dabis soli exponito, nisi quibus aluus plus iusto fluat. Quod si pulegii drachmas tres, apii duplum vino miscueris, coque ac propina, id per vrinam & aluum choleram educit.

Finis tertii libri.

HIPPO-

HIPPOCRATIS
DE MORBIS LIBER QVARTVS.

QVartus iſte liber eſt plane diuerſus à tribus præmiſsis,tū quod ad res ipſas quas continet,tum etiam quod ad ordinem & methodum rerum in eo conſcriptarum.neq; enim ut in alijs libris fiat, uarios morbos,& eorundem cauſas, ſigna, accidentia & remedia comprehendit,ſed uaria quædam & illa phyſica potius quam medica continet.Propoſitionem uero & ſummam omnium quæ in hoc quarto libro tractabuntur : ipſe Hippocrates ſtatim exordio libri præmittit.

SPerma quod ad hominis generationem ab omnibus mēbris tam viri quam mulieris deſcendit,poſtquam in matricem mulieris incidit, ibidem concreſcit,tandemq́ ex eo naturalis forma hominis conſtituitur. Habet autem vir & mulier quatuor humorum ſpecies in corpore,ex quibus morbi (preterquā qui à violentia fiunt) generātur, ſuntq́ in ſpecie,phlegma,ſanguis,cholera & hydrops,ab his in ſperma ipſum non minima, neq; imbecillior portio coit:quin etiam poſt partum ho

mo totidem ſpecies humorum & ſanorũ & morboſorum in ſeipſo continet. Nunc itaq; oſtendam,quæcunq; in corpore noſtro, ex ſingulis his humoribus ſecundum magis vel minus accidunt, & qui morbi inde accidant, deinde quod morbi in diebus imparibus creticent,item cuiuſmodi ſint morborũ prĩcipia,quales vnuſquiſq; humorũ morbos & à quibus cauſis iuducat,vnde nam rigor in febre cauſetur,&quamobrem hunc calor excipiat. Sed primo omnium oſtendã, quo pacto cholera,ſanguis,hydrops & phlegma augeãtur & diminuantur.Id quod à cibo quidem & potu iſto modo accidit. Ventriculus quãdo plenus exiſtit, totum corpus ex eo tanquam ex fonte haurit,ſed cum ipſe eſt vacuus,viciſsim à reliquo corpore iam attenuato accipit. Quin etiam ſunt alii quatuor fontes,ex quibus vnuſquiſq; iſtorum humorum in reliquum corpus diſcedit:ipſi vero ſumunt à ventriculo,ſed humore deſtituti,fruuntur eo qui in reliquis mẽbris corporis continetur,corpus tandem ipſum,quando ventriculus aliquid in ſe contentum retinet, ab eodem trahit. Sanguinis fons eſt cor,phle-

gmatis

gmatis caput,aquæ ſeu hydropis ſplen,choleræ folliculus fellis,iſti ſunt poſt ventriculũ particulares iſtorum quatuor humorum fontes,ê quibus caput & ſplen, ſunt maxime caui.eſt enim in illis maxima capacitas, de qua re paulo poſt optime ſum dicturus. Quin etiam hoc verum eſt,in omni cibo & potu eſt aliquid choleræ,phlegmatis, ſanguinis & aquoſi humoris,idq; in vno plus,in alio minus ideoq; eſt in cibo & potu quod ad ſanitatem ſpectat differentia,id quod ideo dixi.Cũ homo comedit aut bibit, reliquũ corpus dictũ humorem ex ventriculo trahit,idq; non alio pacto,niſi quod quatuor iſti fontes ex ventriculo,ſinguli ſimilem ſibi humorem alliciant, perq; venas imbibant, tandemq; in reliquum corpus diſtribuant,non ſecus atq; plantæ ex terra ſimilem ſibi ſuccum attrahunt. Terrà enim continet varias & innumerabiles facultates,ita vt omnibus (quæcunq; in ea ſeminãtur) & ſingulis peculiarem ſuccũ ſupeditet, pro vt vnumquodq; quod ſeminatur,aliquid ſibi ſimile & agnatum habet,ac trahit vnumquodq; ex terra ſimilem quandam alimoniã, cuiuſmodi ipſum per ſe exiſtit. Roſa enim ta

lem ex terra humorẽ ſugit, qualis eſt ſua propria facultas, alium etiam ſimilem ſuccũ ex terra haurit, cuiuſmodi ipſum eſt facultatis. Ita omnes aliæ plantæ ex terra, ſingulæ ſingula ſumunt. Quod niſi eſſet, nunquam plantæ eſſent ſeminibus ſimiles. Iá vero cũ planta in terra, ſibi conuenienti & agnato humore plus quam oporteat abundat, tum planta illa male ſe habet, ita etiá ſi paucior humor quam oporteat fuerit, eadem exareſcit. Si vero planta ſtatim in principio humorem ſibi conuenientem non receperit, nequaquam poterit pullulaſcere, idque ratio ipſa teſtatur, quod niſi planta humorẽ ſibi peculiarẽ habuerit, germinare in principio non poterit. Sic Ionia & Peloponeſus regiones, certis anni tẽporibus non inſufficienter à ſole aduruntur, ſed ita plane vt ſol plantis omnino poſsit ſatisfacere, interim tamen neq; in Ionia neque in Peloponeſo (multis id ſedulo conãtibus) ſilphium producitur, in Libya vero ſua ſpõte naſcitur, neq; enim vel in Ionia vel in Peloponeſo eſt aptus ſuccus, qui idipſum nutrire poſsit. Iam vero cum multæ ſint aliæ medicinæ, quæ in quibuſdam regionibus quantumuis

tumuis ſufficienter à ſole irradiatis,non proueniunt,in aliis ſua ſponte naſcantur, idipſū nobis præbet occaſionē conſiderandi ea quę nunc dicam.Magnam videlicet eſſe differentiam quo ad vinorum dulcium productionē, inter terræ partes etiam valde vicinas,& à ſole æqualiter irradiatas,in iſta enim terrę parte , eſt talis terræ ſuccus , qualem vini iſtius dulcedo præ ſe fert,in alia vero non eſt.Sunt etiam ſylueſtria ſemina quamplurima , quæ vlnæ vnius longitudine translata non creſcunt,neq; enim terra in quam translata ſunt ſimilem humorem habet, ei quem prior terra ſylueſtribus iſtis ſeminibus præbebat . Sūt enim humores alii venenoſiores,alii humidiores,alii dulciores,quidam ſicciores, quidam aſperiores,alii innumerabiles aliam præ ſe ferunt diſpoſitionem, ſunt enim innumerabiles in terra facultates. Ideoq; ſi omnia quę ex terra proueniunt inſpicias,nullum alteri ſimile natum inuenies,eo quod non ſunt cognata,videnturq; mihi omnia illa agreſtia,homines vero effecerunt eadem manſuetiora,cum videlicet per ſemina ſimilem fructum produxerūt,trahit enim ex terra ſimilis humor, hu

morem

morem trahat ex terra. Singuli autem tum ci bi tum potus qui naſcuntur ex terra in ſe varias facultates attrahunt, in quibus omnibus eſt aliquid de phlegmate & de ſanguine. Neceſſario itaq; in hanc ſententiã deſcendimus, quod neceſſario à cibo & potu (qui in ventriculum deſcendunt) reliquum corpus attrahat, mediantibus quatuor illis fontibus, quorum vnuſquiſq; per venas ſimilem ſibi humorem trahit. Nunc vero alio exemplo oſtẽdam, quod vnumquodq; prædicto modo trahat, ſimulq; declarabo, vnde phlegma in corpore generetur. Quando quis comedit caſeum, aut quicquid eſt acre, aut etiã aliquid aliud vel comedit vel bibit quod eſt phlegmaticum, ſtatim hoc ad nares & os accurrit, atq; hoc quidem omnes factum eſſe videmus.

Vnde phlegma generetur.

Sed interim etiam eſt alia cauſa vnde phlegma generatur, quam nunc dicam. Dico itaq; quod quicquid in cibo & potu plegmatis ineſt, id poſtquã in ventriculum peruenit, partim à reliquo corpore, partim à capite concauo exiſtente & in modum cucurbitulæ corpori ſuperimpoſito, attrahitur, & quia viſcidum exiſtit aliud poſt aliud ſequitur in caput

aſcen-

aſcendendo,ac nouum quidẽ phlegma quod ex cibo generatum eſt , in capite permanet: antiquum vero , pro vt nouũ illud phlegma magis abundat ab eodem expulſum exit,atque ideo cum quis phlegmaticũ quid vel comedit vel bibit,phlegma excreat . Fit etiam hoc iſto modo. Quando poſt cibũ aut potum phlegmaticorum, neq; per os , neque per nares tantum phlegmatis,quantum in capite abundabat,exierit,neceſſe eſt vt reliquũ aut in capite maneat,aut iterum ex capite in reliquum deſcendat, atq; in ventriculum perueniat,quod quidem cum accidit optimũ eſt exit enim poſtmodum cũ ſtercore,ac ſi multum id fuerit ac humidũ,ſtercus ſimiliter humectat,ſin vero exiguum,minime.Si vero in capite manſerit,magnum dolorem ibidẽ excitat,eo quod in venis exiſtat,ſi tamen exiguum fuerit,nihil eiuſmodi efficiet, poteris aũt coniectura aſſequi,ſi parum aut multum fuerit,quod ſi in reliquum corpus deſcendit,ibidem cum aliquo alio humore commiſcetur, ac ſi multum fuerit,corpus ipſum lędit illico, ſin vero parum,minime,propterea quod corpus magnum exiſtit,niſi forſan primo iã col

lecto phlegmate adhuc aliud insuper accedat, tum enim nocere potest. Si vero reliquū corpus, idipsum phlegma in vesicā aut ventriculum deportet, ita vt excernatur, nihil inde mali accidit. Sermone iam præscripto ostensum est, quomodo caput ex ventriculo phlegma trahat, quodq́ simile ad sibi simile accedat, simulq́ dixi, quo modo & propter quas causas phlegma in homine ratione cibi & potus abundet: nunc de cholera dicā, quo pacto & quamobrem in corporibus abūdet, & quo tandem modo folliculus fellis eādem trahat. Resq́ ita se habet. Quando homo comedit vel bibit aliquid quod est amarum cholericum & leue, multū bilis in epate generatur, ac statim dolet epar, id quod pueri cor vocant, idq́ factum videmus, & manifestum est nobis, id à cibo & potu fieri. trahit enim corpus in se à cibis omnem succū prædictum, trahit etiā folliculus fellis in se, quicquid in tali humore est biliosum, cumq́ cholera subito abundauerit, epar homini dolet, & ventriculus impletur. nam postq̄ hoc accidit, cholera illa quæ iam diu in loco suo naturali erat contenta propter plenitudinem in ventri-

ventriculum influit,exindeq; ventriculus tur batur,tandem cholera ipſa partim per veſi-cam,partim per aluum excernitur,ita vt pa-rum de ea in corpore maneat ac dolores re-mittant. Quod ſi neutrum horũ accidat,pri-mum cholera illa, quæ iam olim in corpore continebatur,per corpus ipſum diſpergitur, quæ ſi copioſa fuerit, illico ſe permixta aliis humoribus oſtendit,ſi vero modica fuerit, ſe ſe non exerit,propterea quod corpus magnũ eſt,& nulla alia noua accedit, quæ ſi acceſſe-rit,multum hominem lędit,ſin minus acceſ-ſerit,corpus illam ipſam choleram,ac ſi quid aliud eſt cholericum expellit.ex iis enim quę bibuntur ac comeduntur,alia aliorũ ſunt re-media, ita etiam ex medicamentis quæ cor-pus lædunt,ſi quando vnum poſt aliud in vẽ triculũ deſcendit,aliud ſua facultate cauſam prębet vt ſuperatum expellatur, aliud vero nocet:quando vero ex his quæ in ventriculũ deſcendunt,alia inſuper cholera generatur, morbus inde fit. His oſtendi, quo modo & propter quas cauſas,à cibo & potu plus cho leræ in corpore generetur,& quod folliculus fellis propter ſimilitudinem cholericum hu-

Quo pacto hydrops in corpore abundet.

morem ad ſe à cibo & potu trahat. Nunc
dicã de hydrope, quomodo & propter quid
abundet in corpore, & quo pacto ſplen talẽ
humorem ad ſe trahat. Dico itaq; quod quã-
do homo nimium bibit, reliquum corpus ac
præcipue ſplen trahit ad ſe ex ventriculo hu
morem aqueum, qui ſi præter modum afflu-
xerit, illico homo ægrotat: id quod ita factũ
intelligunt, quicunq; hominum ſplenetici fa
cti ſunt, quando ſplen talem humorem iterũ
emittit, optimum eſt, ſi quod ante in ſplene
aut ventriculo continebatur, nunc per veſicã
expellatur. nam per ſuperiora, nihil iſtius a-
quæ quæ quidem in ipſo ſplene continetur,
expurgatur (niſi forſan id quod in venis ad
ipſum ſplenem tendentibus conſiſtit) ſed ex
purgatur aut per ventrem aut per veſicam,
quod ſi viæ illæ non ſint apertæ, nihilq; inde
expellatur, aqua illa ex ſplene ad partes infe-
riores deſcendit, & ibi iacet aliiſq; commiſce
tur humoribus, ac ſi pauca admodũ ea fuerit
nihil mali adfert, ſed adhuc per venas aut in
veſicã aut in ventriculũ expellitur. procedũt
enim inde multæ venæ, quæ cũ ſicciores quã
prius erant exiſtũt, trahunt ad ſe ex partibus

illis

illis inferioribus. Si vero alia insuper aqua accesserit, & neq; ventriculus neq; vesica quicquam extropellat. splen attollitur & inferiores corporis partes laborãt, hæc dixi vt ostẽderẽ quomodo & propter quas causas aqua in corpore ex potu augeatur, & quo pacto splẽ attrahat. Nunc dicã de sanguine qua ratione & quas ob causas in corpore abundet. Quãdo homo bibit aut comedit aliquid sanguineum, totum corpus id ad se trahit, trahit etiã cor ipsum ad se sanguinea, & quamuis nimium affluat, tamen cor ipsum nullo dolore afficitur, est enim mẽbrũ solidũ & densum, & ideo nõ dolet, sed ex ipso corde exeunt venę sphagię dictę, in quas sanguis cũ abũdauerit recipitur, quę replerę celerrime eũdẽ tã capiti quã reliquo corpori cõmunicant: atq; ideo statim postquã quis vel comederit vel biberit sanguinea, venę illę sphagiæ attolluntur, ac facies rubet, cũ ergo ĩ corde ac reliquo corpore ex assũptis cibo & potu plus sanguinis quã opus est generatur, aliisq; humoribus cõmiscetur, nisi idẽ cum excrementis aut per aluum aut per vesicam expellatur, dolorem in corpore excitat, si tamen parũ abundauerit, non lędit corpus, sed cũ tẽpore distribuitur,

Quo pacto sanguis augmentum in corpore sumat.

Cor nullo dolore afficitur quia membrum solidum et densum est.

per reliquum corpus, ita vt aut per nares aut per ventrem expellatur, & corpora ſine noxa manent, ſi vero ex parua illa abundantia, maior fiat, periculum imminet. Iam à nobis dictum eſt, quo modo ſanguis abũdet, cumq́ quatuor illa ſint in corpore ſanguis, cholera, phlegma & hydrops, oſtendimus qua ratione in corpore noſtro à cibo & potu abundét, quod autem abundantia illa ab his accidat, id nobis indicio eſt. Si homo parum comedit ac bibit, nullum inde dolorem percipit. Hęcque hactenus à me dicta ſunt. Significaui vero me prudenti oſtenſurum, quo pacto iidẽ humores in corpore pauciores fiant, de quo in ſequentibus optime diſſeram. Fontes iam nominati, quando pleni ſunt, ſemper reliquo corpori aliquid tranſmittunt: quando vero ſunt vacui, in ſe humores retrahunt, idẽ etiam facit ventriculus. Ita enim ſe res habet ac ſi quis acciperet tria aut etiam plura vaſa ænea, quæ in loco omnino ęquali & plano diſpoſita perforaret foraminibus ſingula, deinde fiſtulis commode foraminibus infixis vnũ vas alteri coniungeret, poſtea paulatim in vnum vas infunderet aquam, donec reliqua omnia

mnia replerentur ab eadem aqua. fluet enim eo pacto aqua ex vno vaſe in alıud donec omnia fuerint plena. Iam vero vaſis omnibus plenis exiſtẽtibus ſi quis rurſus ex vno aquã effluere faciat, in idem vas omnis aqua retrofluet ex reliquis omnibus, non ſecus atq; primo influxit, donec omnia vaſa remaneãt vacua. Eadem eſt ratio in corpore noſtro. Quãdo namq; cibus & potus in ventriculum incidit, totum corpus ab eo ſumit, ita vt ipſum cum omnibus fontibus iam dictis impleatur. Quãdo rurſus ventriculus euacuatur, omnes humores viciſsim in eundem refluunt, non ſecus atq; prius diffluxerunt, tanquam ex reliquis vaſis omnibus, in vnum vas æneum. venæ enim per totum corpus diſperguntur, aliæ tenuiores, aliæ craſsiores plures & denſę, quæ quidem quamdiu homo viuit patent, recipiendo ac tranſmittendo nouũ ſemper humorem, poſt mortem vero in ſe coincidunt, ac extenuantur. Quamdiu itaq; homo viuit, corpus ex ventriculo ſumit humorem quem continet, quin & fontes illi ab eodem recipiunt & hauriunt, qui repleti reliquo corpori, diſtribuunt. Si enim corpus nihil reciperet ab

humo-

humore ventriculi,ſed tantũ fontes illi hau-
rirent nihil communicando reliquo corpori,
corpus ipſum non haberet ſufficientem ali-
moniam, ſed tantum quatuor iſti fontes pro
ſeipſis, iã vero niſi quatuor iſti fontes eſſent,
in comedendo ac bibendo vere non poſſe-
mus diſcernere, quid eſſet ſuaue aut inſuaue,
idq; propter cauſam,quam dicam. Iſta enim
membra quamuis parua atq; adeo in interio-
ibus corporis partibus exiſtant,nihilominus
antequam pro ſua vnumquodque facultate,
quicquam attrahát,ſemper prius reliquo cor
pori ſignificant, quidnam ex cibo & potu iá
iam aſſumendis,ſit cholericũ,quid phlegma-
ticum,ſanguineum aut hydropicũ, quicquid
enim ex his præter modum in cibo & potu
abundauerit,minime eſt delectabile aut gra-
tum,& quæcunq; appetimus, ea nobis grata
ſunt:quod ſi aliquis iſtorum fontium,cibo &
potu deſtituatur, corpus tamen interim tam-
diu hauriet,donec humor ille iuſto minor re
linquatur, tumq; homo tale quiddam de ci-
bo & potu appetet,quod partem illam defici
enté reſtauret, ac reliquis humoribus æquet,
ac propterea poſtquam interdum multa co-

mederi-

mederimus ac biberimus, tamen insuper tá cibum quam potum appetimus, nihilq; omnino cú voluptate comedimus, nisi id quod desideramus. Quando vero post assumptum cibum, humor bene conuenit & cum fontibus illis & cum reliquo corpore, tum appetitus cessat. Atq; hæc quidem de his à me dicta sunt. Quin etiam illud verum est, quod in folliculo fellis, de cibo & potu solummodo cholera segregata recipitur. venæ enim eiusdem cum sint imbecilliores ac tenues, nó possunt alium crassiorem ac grauiorem humorem attrahere, neq; etiam tanta est istic capacitas, vt alius humor recipi posset, sed locus iste secundum naturam maxime familiare est choleræ receptaculum, atq; ideo nullus alius morbus in illa parte accidit, nisi is qué vulgo cardiogmum nominant. Caput vero cor & splen vnumquodq; istorum membrorum, suum humorem totum continet, ita vt nisi morbo infestentur, vnumquodq; sui proprii humoris quamplurimum participet, ita caput quidem phlegma, cor sanguinem, splé vero aquam continet. Trahunt etiam venæ in se alium humorem, latæ præsertim crassæ

 ac si-

ac ſinuoſæ, ita vt cum attrahũt alius humor alium inſequatur,ac cordi quidem ſunt vicinæ venæ dictæ ſphagię craſsiores exiſtentes, in quas cito diſtribuitur,ſi quid humoris prę ter modum in corde abundat,eędem reliquo corpori communicant,quia vero cor eſt corpus ſolidum ac denſum,ita vt ab humore lędi non poſsit , ideo nullus morbus in corde fit.Caput vero & ſplen quamplurimis morbis ſubiiciũtur, læduntur enim tam ab humo ribus naturaliter in ipſis contentis,ſi quando plus iuſto affluant,quam ab aliis humoribus, ſunt enim in ipſis venæ craſſæ & quamplurimæ,quin & membra ipſa ſunt multum venoſa & concaua,ita vt locum præbeant etiã alieno humori, qui paulatim cum eo quem naturaliter continent commiſcetur. Quemadmodum enim in vaſe amplo & magno, maior eſt capacitas,quam in paruo , eodẽ plane modo in capite & ſplene ſe res habet, continent enim maximam in ſe capacitatem mẽbra illa,quarum venæ ibi humore plenæ fuerint,exinde morbus in illis ipſis membris oritur. Ac de his quidem hæc dixiſſe ſufficiat, Nunc vero clarius oſtendam , quomodo ſin-

guli humores diminuātur in corpore. Osten ſum à me eſt, quatuor eſſe humores hominē lædentes, nunc vero quatuor fontes iiſdē deputatos dico, per quos homo à ſingulis illis purgatur. Hi ſunt, os, nares, anus & vrinaria vaſa, cū itaq; vicioſus quidam humor in corpore abundat, & homo ab eodem purgatur, nullus ex illo humore morbus hominē affligit. Ita ſi ventriculus impleatur humore, qui à corpore liquefacto in eundē deſcendit, isq; per aliquam iſtarum partium expellatur, tū humidum in corpore diminuitur. Corpus enim vt prius à me dictum eſt, ventriculo (ſi quando ipſe vacuus fuerit) humorem reſtituit, ſicut econtra à ſtomacho pleno exiſtente totum corpus ſumit. His oſtendi quomodo & propter quas cauſas diminuantur, ea quæ corpus noſtrum lædunt. Nunc dicā quomodo & quibus de cauſis homo ſanus conſeruetur. Poſt aſſumptum cibum & potum, humor modo prædicto in corpus perueniēs, miſcetur cum aliis humoribus, tam cū eo qui in reliquo corpore, quā qui in fontibus ipſis continetur, manetq; die illa qua aduenit, in corpore, poſtridie vero alius humor accedit,

Quo pacto ſanitas exā bo & potu contingat.

& isti iá sunt duo dies, suntq; duo simul humores in corpore, quorum vnus vno tantum die, alter vero biduo in corpore mansit. Ac humor quidé qui posteriori die accessit, manet in corpore adhuc crassior existens: prior vero à caliditate concoctus diffunditur, ac tenuior factus, semper secundo die in ventriculum redit, compulsus videlicet à nouo humore insuper adueniente, postquam iam in ventriculum rediit concoquit ibi cibos, vnde sanguis generatur in corpore, id vero quod diu illic moram trahit cum tempore fœtet, tandemq; in tertio die per stercus & vrinam precise in tanta copia excernitur, quanta erat copia & proportio assumptorú, & quamuis excrementum illud sit bona pars eius quod assumptum est, nihilominus manet etiam humor quidam in corpore ratione illa quá paulo ante dixi. Tertio itaq; die in ventriculum ex reliquo corpore confluit humor copiosus ac fœtens, relictus videlicet ab humore illo qui biduo iam in corpore manserat, secumq; fert id quod ex cibis concoctis relictum fuerat, iteq; quicquid in corpore est morbosum, omnia in vnum collecta. Indicat enim vrina

(eo

(eo quod ſalſa exiſtat) cibos ſecũ deferre ex corpore morboſa quædam, atque illa quidem ſecundo die excernuntur, humor vero tertio quoquo die ſeiungitur. Hoc modo ſanitas cõſeruatur. His oſtendi quo pacto & propter quas cauſas homines ſanitatem conſeruent. Humor autem iſte ſi particulatim in ſecunda ſtatim die excernatur, cibi ex ventriculo non ſimiliter fœtentes ſed tanquam cocti, vrina etiam tanquam potus aſſumptus, excernuntur corpusq́ aſsiduo euacuatur, viciſsimq́ homo ſemper indiget cibo & potu, ſtatim poſtquam aluum & veſicam exonerauit pro proportione eorũ quæ excernuntur, idq́ in multa quantitate quo confortetur natura, propterea quod inſufficiẽs humor in corpore relinquatur. Sed quicquid eſt humoris, id cũ ſtercore aut ſequẽti, aut eodẽ ſtatĩ die eiiciatur. Quin & ſi comedat & non euacuetur, etiã homo debilis erit, eo qđ humor nõ poteſt ĩ tãtũ inſpiſſari vt excernatur, cũ videlicet nõ ſufficiens humor reliquitur, quãdo vero excremẽta reiicimus validiores ſumus. Quin & per biduũ & viuere & negociis præeſſe poſſumus, etiãſi nihil interim comedamus, neque prorſus debilitamur

tali ſpacio temporis ab iſta abſtinentia, humor enim qui in corpore relinquitur robur ſuppeditat. Hæc dixi, vt oſtenderem, quomodo & quibus de cauſis, non eſſet poſsibile, vt humor intra corpus receptus, eodem ſtatim die aut etiam ſequenti exeat. Dico etiá quod quando humor vltra triduum manet in corpore, aut etiá alius inſuper accedat, ita vt propter repletionem venæ calefiant ac attollantur, tum homini malũ quoddam aut magnum aut paruum ſignificetur, ac in hyeme quidem minus ac magis lente, in æſtate vero maius & acutius. Iá dixi quæ accidant, ſi quádo humor in corpore manet. Si vero cibos ipſos corpus eiiciat, certum eſt corpus nó frui humore pro vt oportet, ideoq; tum homines manent graciles & imbecilles. Sed cũ cibus & potus morá in corpore trahunt, quá diu manent, tam diu corpus iiſdẽ ſenſim fruitur, trahens à ventriculo donec repleatur.

Nunc iterum dixi, quam ob cauſam cibi non quotidie excernantur. Quod ſi etiam cibi diutius quam par eſt in ventriculo manſerint, aliaq; inſuper inciderint, corpus plus iuſto repletur, cumq; venæ propter illam plenitudi-

tudinem comprimuntur,corpus incaleſcit ac
laborat ęſtate quidem citius,hyeme vero tar
dius.In æſtate namq; aër hominem ambiens
eſt calidior,ideoq; calidiorem ſpiritum cor-
pus in ſe recipit.Iam vero ſi calido prius exi-
ſtente ventriculo , etiam ſpiritus iuſto calidi-
or hominis corpus ingrediatur, non mirũ eſt
hominẽ inde febricitare, in hyeme vero vbi
ſpiritum frigidum attrahimus,multo facilius
ferre poſſumus repletionem etiãſi corpus pa-
rum per excrementa emittat. His oſtẽdi quæ
ſoleant accidere quando cibi longiore tẽpo-
re manent in vẽtriculo,& obiter indicaui quę
ſit differentia morborum, qui generantur ab
humore & cibo,ſiue diutius quam oporteat,
retineantur,ſiue etiam citius quam deceat eii
ciantur. Dicam etiam de his copio us ſuo tẽ
pore,nunc vero quia de ſanitate dicturus ſũ,
recurrã ad ea quæ paulo ante à me dicta ſunt
quod videlicet corpus hominis à cibo & po-
tu humorem hauriat,quodq; ratione prius di
cta cibus & humor iſte excernantur homini
ſano,quando vero plus humoris excernitur,
quam per cibum & potum accedit,homo ex
tenuatur. Plus autem excernitur,quam ac
cedat

Quo pacto morbi ac præcipue febres accidant.

cedat corpori, propterea. Cum homo degit in quiete, neque corpus exercet, statim mali quiddam in corpore colligitur, sed propter reliquam firmam ac prosperam valetudinem, malum non multum se exerit. Malum vero illud est eiusmodi. Si ex quatuor illis humoribus vnus paulo plus abundauerit, corpus per quietem incalescit, ita vt non multum exagitetur, sed est quædam colliquatio in ventriculo, quæ homini cibum ingratum efficit. Si vero humor alius supra alium accedat, homini inde febris accidit. Verum de hoc paulo post expressius differam. Fit etiam nonnunquam, vt etiamsi quis cibum non fastidit, nihilominus extenuetur cuiuis rei eadem causa est. Hęc cum accidunt, plus humoris excernitur, quam in corpore digeratur, ac propterea ille quidem, qui quiescit attenuatur, qui vero corpora exercent, eadem simul clefaciunt, corpore ita à labore calfacto, humor in ipso diffunditur, fitque morbus exiguus, de humore tandem id quod nullius pretii relinquitur, id vel in ventriculum vel in vesicam defluit ac expellitur, partim etiam exhalat per raritatem quæ est in interioribus corporis partibus, ac si quid adhuc

adhuc relinquitur,id in ſudorem conuerſum per corpus euaporat.Ita etiam exercitia iuuenum idem quod labor præſtant. Fieri itaque poteſt,vt etiamſi humor qui corpori accedit, non ſit minor eo qui exierat, inſuperq́ ſemper aliquid ex potu & aliud quiddam ex cibis accedat,nihilominus homo propter cauſas iam dictas attenuetur . Minus vero accedit,ſi homo nihil comedere poteſt.Ita etiá ſi addideris laborē ſupra laborē & exercitiū,ſupra aliud exercitiū,ſēp alia aliis pauciora reddētur.Accidit aūt bonus corporis habitus beneficio ciborū ꝓpterea . Quádo humor ſuo tēpore arefactus in prima defatigatione exit, tumq́ qui prior inſequitur, altero eſt copioſioſior,ita vt aliū multo ſuperet ac vincat,plethora vocatur. Quod ſi à multis valde vincatur,febris inde accenditur,ſi vero à paucis ſuperetur,parum incaleſcit.corpus enim illo pacto refici poteſt,ſi copioſiore humiditate quo febrem reſtinguat,abundauerit , calefit enim corpus ab igne.Si tum materia quæ moleſtat exigua fuerit,tertio die remittit eodem ſemper modo,duobus vero diebus continuo durat,ſi vero materia fuerit copioſa & multa,de

finit in quinto die, ac quatuor continuo perseuerat certa ratione. Hoc pacto certis diebus morbi iudicantur. Quod si febris in diebus illis imparibus remittat, homo aut reualescit aut moritur, quamobrem vero id ita fiat, paulo post exponam. Nunc vero ostendã quamobrem febres remittant. Et dico quod quando calor corpus hominis occupat, necesse est humorem peccantem, aut in tertio aut aliquo alio impari die extra corpus exire, propter causam prius dictam, neque enim exit prius quam alius benignus humor ex vẽtriculo accesserit. Secundo enim & tertio die corpus ad se trahit ex ventriculo, id quod primo die in se receperat, nisi ventriculus vrgeatur, ita vt alium insuper humorẽ cogatur vincere, id quod plurimum hominem lædit.

Qua ratiõe febres remittant.

Quando febris remittit in die tertia, eodem plane modo (vt in vno & eodem die) remittit, sicut diximus, atq; ita fit vt febris in corpore accẽsa in tertio die desinat, dico etiã quod quando in quinto aut septimo aut nono die remittit, eadem omnino ratione id fiat, sicut in tertiana. Siquidem nutrimentũ caloris venit per loca paulo ante dicta, quando vero co

pia

pia humoris vincit tum homo à febre liberatur. Remittit etiá febris in diebus imparibus, eo quod in diebus quidem paribus corpus ex ventriculo attrahat, ſed in imparibus remittat ſuperflua in ventriculum, quæ ipſe dum homo proſpera valetudine vtitur expellit. Propter hanc neceſsitatem morbi in diebus imparibus iudicantur, & eodem pacto homo febricitans ſanus euadit. Dico etiam ęgros in diebus illis imparibus propter eandem cauſam idq; certa quadam ratione & ordine obſeruatis periclitari. homo enim dum febricitat, omnino perturbatur, cuius rei ſignum eſt, quod horror alias atq; alias corpus concutit, id quod non ita accideret, niſi humor perturbaretur, atq; ab eodem nunc parū, nunc plus excerneretur, aliusq; alium ſuperaret. Maxima autem fit humorum perturbatio in diebus illis imparibus, ſi quando quis ægrotat, quin & horror maximus tum percipitur. Id quod fit iſto pacto. Aliquid vicioſi humoris à nouo illo ſuperaduenιente ſuperatum ex corpore expellitur, idq; in ventrem incidit, qui ab eodem calefit, eo quod plus humoris, quam prius, in ſe contineat, idque fit maxime

Quamobrē febres in diebus imparibus iudicatur.

in criſi morbi. Quod ſi corpus paulatim in ventriculum dimittat, parũ quiddam humoris peccantis, ventriculus calorem iſtum negligit, corpusq; in criſi præualet ac vincit, ita vt homo priſtinæ valetudini reſtituatur, poſt quam iam humor peccans excretus & alimẽtum febris reſolutum fuerit. Poſtquam itaq; ſanitas præualuerit, patiens ſanus euadit eodem plane modo & propter eaſdem cauſas, de quibus diximus. Nunc dicam quamobrem moriantur ægri in diebus imparibus. Dico itaq;. Si humor peccans copioſus in corpore extiterit, corpus ſupra modum perturbatur. Si idem humor ſubito & cum magno impetu in ventrem inciderit, ita vt calorem iſtum reiicere non poſsit, tum totum corpus eodem calore participat, ſequiturq; pulſus inæqualitas. Cumq; corpus propter imbecillitatem virium (quæ tum humorum omniũ corruptionem ſequitur) non poteſt aërem attrahere (quo refrigerentur ea quæ ſunt in ventriculo) fit vt totum humidum viuificum ſeu radicale exhalet, atq; ita homo moriatur, neque enim vincit aliquis humor benignus, ſed omnis ille benignus humor à putrefacto & cor-

corrupto in altũ tollitur, illicꝗ à calore per vaporem conſumitur, atꝗ ita in diebus impa ribus maximi dolores accidunt, ídque quiuis nouit, quod vero humores in illis ipſis diebus turbentur, ſignum illud eſt, quod quicunque febre continua laborant, ſi in diebus paribus ſumunt pharmaca, nunquam purgantur valde: quibus vero in diebus imparibus medicina fortior datur, hi ſemper purgantur, multi etiam tum vſꝗ adeo ſupra modum purgantur vt propterea moriantur. Et antiqui quidem medici maxime in hoc errabant, quod in diebus imparibus exhiberent pharmaca, multos enim interficiebant, cauſam hanc nõ intelligentes, humor enim qui eſt in corpore ægroti maxime in diebus non paribus commouetur, eo quod totum corpus tum ſuccum in ventriculum demittat. Iam ſi quis iam perturbatum corpus pharmaco iniiciendo magis perturbet, non mirum, ſi inde homo pereat. Quin & vlcera dum curari incipiunt, diebus imparibus quá maxime inflámantur, cũ enim humor turbatur, perꝗ oẽs venas trã ſeat, veriſimile ẽ quãdo humorũ pturbatio ad *De ulceribus.*

venas vlceris peruenit easdem impleri, si tũ vlcus ita curatur, vt pus, in perturbatione illa ab humido vlcus ipsum ingrediente compulsum, exitum habeat, vlcus hoc pacto expurgatur. quod si vero ita curatur, vt pus non habeat exitum, illud ipsum cum humore insuper accedente manet, doloremꝗ excitat, attollendo carnem vlceri circumpositam, inde etiam fit, quod si vlcus in cruribus fuerit, etiá illæ venæ attollantur quæ sunt in corporis partibus, quibus crura cum reliquo corpore cohærent, si vero fuerit in manibus etiam illæ venæ quæ inde ad reliquum corpus pertingunt attolluntur, tandemꝗ inde bubones fiunt. Quicunꝗ vero hominum in febrem incidunt, nullam aliam istius mali causam habentes, his febris ab immoderata plenitudine accidit. venæ enim repletæ dolorem & calorem vlceri adferunt, quod excalfactum etiam reliquum corpus calfacit. Atꝗ ita quidem in vlcera caliditas peruenit. calefit enim tá corpus quam vlcera ab illa humorum perturbatione, id quod & defatigatio præstat. Vlcera vero † tumorem deponunt aut in die quinta, idꝗ secundum imparem istorum dierum nume-

† τὰ ὑποφλεγμαίνει.

merum,aut pro vt vlcera ſunt magna, aliquã do in tertio,quinto,ſeptimo,nono,aut etiam vndecimo die,deinde finito primo periodo, principium ſecundi rurſus die ab hinc tertio (qui à primo eſt decimus quart⁹) ĩcipit, maxĩ ma tamẽ vlcera in decimo quarto die tumorẽ deponunt. Atq; ita ratio teſtatur, morbos in diebus imparibus iudicari, ideo quod humiditas in ſano quidem corpore tertio quoquo die exeat,ſtercus vero in ſecundo. Iſta itaque quæ in die tertio accidere declarauimus, teſti monium perhibent, quod etiam reliqua ſint vera,ita nunc finem huic ſermoni imponam. Iam vero planius dicam, quamobrem homines ægrotent, ſimul etiam eodẽ ſermone exponam,quæ ſint principia morborum, qualiaq; vnumquodq; iſtorum efficiat. Dico itaq; Quando cibi iam cocti longiore tẽpore quã par eſt in corpore manent, homóq; ab iis nõ purgatur,quin & alii cibi superincidant, cor pus repletum ab humore tam antiquo quam nouo calfit, indeq; febris homini accidit,febris tamen iſta non eſt periculoſa,neq; fortis, tantum enim opus eſt adæquatione humoris, qui nos tantum propter copiam paulo plus

Quamobrẽ homines ægrotent: itẽ quæ & quot ſint principia morborum ac primum quid præſtet plenitudo cum nõ expurgatur.

lædit,

lædit,quod ſi ita fuerit,ac homo ſit valde robuſtus,commodaq; adhibeat remedia,ſanitatem recipit. Et quamuis vnicus iſte generetur morbus à quouis humore, ſigna tamen ſeptẽ habet. Primum adeſt tuſsis lenta, deinde ſicca exiſtens,venter indureſcit, propter retenta excrementa,caput aggrauatur,vomit, febricitat,vrina deprauata redditur, hæc ſunt morbi iſtius à quouis humore generati ſigna ſeptem. Quod ſi alui excrementis retentis aliquis aliorum humorum vincat, optime de homine agetur. Quod ſi quis in febre poſt abceſſum humoris factam,non applicet conuenientia,tantum de morbo remanebit, quantum humor iſte alios ſuperauerit, id quod fit iſto modo. Sanguine excalfacto, pręcipue ab eo exhalat humor aquoſus,qui igni eſt maxime contrarius,ac relinquitur id quod eſt pingue ac leue,idq; eſt de cholerica materia, & igni quam maxime alimoniam ſuppeditat. Euaporatio autem dicta fit iſto pacto. Ac ſi quis in vas quoddam æneum aquam & oleũ infundens, poſtea multis lignis incenſis vas illud ſuperponendo calfaciat,tum enim aqua plurimum diminuetur, eo quod ex vaſe exhalat,

halat: oleum vero parum admodum decrescet, propterea quod aqua propter raritatem ab igne minimo negocio attenuatur, ac alleuigata exhalat, oleum vero cum sit magis cōtiguum ac densum, non potest eodem pacto attenuari & exhalare, eodem plane modo se res habet in homine. Aqua enim corpore calfacto exhalat: cholericus vero humor cū sit viscosus & densus, non potest similiter attenuatus exhalare, sed idem ille humor attenuatus corpus magis calfacit. Maximū enim & optimum nutrimentū caloris est ipsa cholera, quę & si ipsa per corpus dispergatur & infigatur, morbum de nouo corroborat. His ostēdi quid homo patiatur, nisi purgetur aut curetur. Quod si aliquando humor peccās, reliquos humores non superet, cum tempore tamen aut subito aut paulatim accrescat, reliquum totum corpus quamuis dolore vexetur, tamen propter vires corporis, malum hoc negligit, donec principiū aliquod morbi accidat. Quod si humor quispiam plus iusto abundet & homo non purgetur, morbus inde dicto modo generatur. Principia itaq; à quibus morbi proueniunt sunt tria. *Tria morborū principia.*

Ac primum quidem quæ & qualia in corpore efficiat,iam dixi, cũ oſtendi quo pacto & propter quid homo niſi purgetur, ægrotet. Secundum eſt, ſi inconueniens quoddam in cœlo accidat,quod ſit contra commodá viuendi rationem. Tertium eſt,ſi quid incidat violentum. voco autem violentum, caſum, vulnus,percuſsionem,defatigationem, & ſi quid his ſimile exiſtit. Horum principiorũ omnium maximum eſt,vis ſeu violentia, ſi magna fuerit,ſi vero parua,non præbet magnum principium. Secundum inter principia locum tenet, ſi homo non purgatus fuerit. Tertium eſt in ordine, ſi incõmoda quædam è cœlo cauſam ducentia ſanitati noſtræ obſint. Horum principiorum rationem habebimus, vnumquodq; enim iſtorum, talia præſtat in corpore,qualia nunc dicam. Cum quis vulneratus fuerit, certum eſt carnẽ eſſe diſſectam,& vulnus accidiſſe, id quod tum morbum eſſe dico. Sed ſi contuſio accidat aut ex percuſsione,aut caſu, aut ſimili quodam affectu,tumor generatur.Sanguis enim à violentia illa calfactus,accurſum venis vicinis patefacit:cum vero ſanguis in tanta co-

pia

pia affluens non habet exitum,ibidem infigitur atq; in tumorem conuertitur,tamq́; diu ibi manet,donec euacuetur, non ſecus atque de illis quatuor in corpore mēbris diximus, aut per ipſum œdema cum maturum rumpitur,aut per manus chirurgi, Quod ſi ſanguini non patefiat exitus, fieri poteſt vt in pus conuertatur,aut ſecus. Quin & defatigatio ipſa ſimile quiddam præſtat. quando enim homines defatigantur, quando ſanguis ipſe plurimum defatigatus fuerit, tum conſiſtit, calefit ac laborem concitat, quod ſi patiens laborem iſtum vincat,cito tamen alia defatigatio accedat, venterq́; & veſica plenitudinē illam non expellant,febris inde accidit,ſi vero humor peccans cum aliis humoribus aſsimiliter, non accidit febris.Sed ſi in defatigatione illa copia iſtius humoris in corpore permaneat,eadem vincit.Iam dixi de vi ſiue violentia quid ea in corpore efficiat. Atq; iſta quidem duo principia violentia ſcilicet, & plethora cum nō expurgatur corpora calfaciunt. Incommoditas autem ė cœlo homini accidens,vincit aliquem humorē,eumq́; calfacit tanquam cauſa morbi,aliquando etiam

prius refrigerat. Dicá autem prius quomodo calfaciat, & dico. Quod quádo in corpore continetur vicioſus quidam humor, de quibus ante dictum eſt, inſuperq; ex cœlo accedat quod corpus lædat, tum homo calefit, ſimulq; omnes humores in corpore calfacti turbantur, id quod fit vi. Quod ſi vero homo purgetur, perturbato illo humore expurgatur hoc quod erat ſuperfluum. Videturq; mihi res maximam habere ſimilitudiné cum eo quod Scythę ex lacte æquino faciũt, poſt quam enim lac illud infuderunt in ligna excauata, idem commouent, lac vero perturbatum ſpumam efficit ac ſeparatur, cuius pinguior quidem pars quam butyrũ nominant in ſummitate tanquam leuior exiſtens conſiſtit, grauior autem pars & craſsior in fundo manet, quam ſeparantes exiccant, atq; vbi cõgelata & exiccata fuerit † hippacen nominat ſerum vero lactis in medio manet. Ita etiá in homine accidit. nam perturbato humore ab aliquo dictorum principiorum, quicquid in corpore eſt humoris à ſe inuicem ſeparatur, ac in ſummo quidem cholera conſiſtit, tanquã res leuiſsima, ſecundo loco ſanguis, ter-

† ἱππάκη i. caſeus equinus.

tio phlegma,omnium vero humorũ grauiſſimum quiddam eſt hydrops. His ita ſe habentibus,id quod in morbo præcipue abundat,ſtatim in principio perturbationis ad eũ locum confluit,in quo quamplurimũ retineri poteſt,cumq́ꝫ in perturbatione illa viæ aperiantur,humor iſte ſeparatus voluitur & corpus calfacit,aut etiam fixus alicubi in corpore cum aliquo alio humore qui quod in eodẽ loco ante conſtiterat cum eo miſcetur dolorem & calorem excitat,atq́ꝫ illud totum calfactum, ſimul totum reliquum corpus calfacit,atq́ꝫ inde febris generatur,fitq́ꝫ febris maxime à cholera,phlegmate & ſanguine. iſta enim ſunt calidiora, ac pro vt aliquis iſtorũ humorum cum abundat in corpore,certum quendam locum occupat, inde morbus cognomen accipit. Ab hydrope vero nõ generatur febris valde fortis,neq́ꝫ diuturna, neq́ꝫ enim is igni commodum alimentũ præbet, atque hæc quidem de his diximus. Sed ante perturbationẽ humor abundans, non habet certũ locũ in quẽ ſe conferat, ſed mixtus cũ alio humore,tantũmodo nunc ſurſum,nunc deor-

deorſum voluitur, omnia enim tum adhuc plena exiſtunt, in perturbatione vero quædam euacuantur, & euacuantur quidem alia plus aliis, id vero quod eſt cæteris copioſius in corpore certum locum occupat, atque id quidem quod alienum eſt, non commiſcetur alteri humori, ſi iam infixus fuerit, prius quá ſuis facultatibus aſsimuletur. Atq; illud ipſú aſsimilari dicitur, quod à reliquo humore ad morbum confert, prius quá pars illa corporis qualicunq; tandem euacuatione purgata fuerit. Si itaq; materia morbi copioſa fuerit, attrahit atq; in morbum aſſumit, etiam aliú humorem prius ſanum exiſtentem, & moritur homo iſto pacto. Quando morbus nó habet nutrimentú, ab humore illo qui in particula dolente continetur, attrahitur ac conſumitur primum quidem quod prope admodú conſiſtit, ſecundo conſumit etiá id quod eſt remotius donec nullú prorſus in corpore nutrimentú relinquatur: eſt vero corpori noſtro nutrimentú leue illud humidú. Quemadmodú igitur ſi calor in corpore accidat, neceſſe eſt primum paruam quandá adeſſe putrefactioné, vbi vero ea amplius non ſuffi-

cien-

cienté alimoniá habet, à corpore ſano à partibus vicinis incipiendo carnem ipſam depaſcit, donec omnia in humorem putridū degenerent, ita etiam morbus poſtquam in ipſa in qua continetur parte quicquid erat in ſui alimoniam tranſtulerit, poſtea pergit incipiendo à vicinioribus particulis, ac inficit omnia, donec nullus humor ſanus in corpore relinquatur, quod cum fit homo moritur. Præterea etiam in perturbatione ſi humor ſpacioſiorem quendā & amplum locum occupat, nec tenaciter infigitur, ſed tantū volutatur, nunquam alteri humori commiſcetur, ſed in morbū tranſit niſi expurgetur, deinde venæ implentur, venæ nimiū impletæ nihil ex ſeſe remittunt, priuſquā viæ illis aperiantur, non ſecus ac ſi quis fortiter percutiatur, ſanguis ſub ipſa plaga concurrit, eo quod venæ in ipſa percuſsione fuerant inanitæ, poſtquā vero carnes in modum ſpongiæ repletæ fuerint, non amplius quicquam emittunt, ſed in ſeſe continent, donec ex aliqua ſui parte euacuentur, ſanguis enim in vnum collectus vias intercipit. Quemadmodum ſi quis† lecythum coreaceum anguſti orificii oleo plenū,

† λήκυθος. uas oleariū & in quo unguēta reconduntur.

recta

recta in orificium inuertat, hoc facto nequaquam poterit inde oleũ effluere. Oleũ enim copiosum quod superiminet, viã obstruit, si vero quis lecythum illum parum inclinauerit, illico obstructio illa orificii resoluetur, indeq; oleum effluet, idem hoc faciet aqua supra mensam posita. Ita etiam cum copia humoris propter perturbationem locum aliquem occupat ac venas implet, humor ex venis illis non discedit, priusquam locus iste vacuus fuerit, & morbus talem humorẽ pro sui nutrimento absumpserit. Atq; hæc quidẽ dicta sunt de his, cum quid in corpore fuerit, quod morbum generet, nec non de aliis quæ implent, tandem etiam de principiis quo pacto mediante humore ex quo morbus generatur corpus calfaciunt & perturbant. Nunc dicam quid efficiant mala quæ ex cœlo corpori nostro accidunt, si quando humorẽ in corporibus nostris contentum vincunt. Dico itaq; humoris in corpore hominis partẽ contrahi & inspissari donec iterum in morbum consumatur, partem vero diffundi atq; excerni, cuius rei similitudinem in lacte habemus: nam si quis coagulũ in lac coniiciat,

Incommoda ex cœlo.

lac

lac refrigeratum ac inſpiſſatum in vnũ concreſcit,ac circum partem illam lactis inſpiſſatam ſerum exiſtit,ita etiam in corpore humor à morbo refrigeratus concreſcit & inſpiſſatur,circa quem humorem aqueum, etiá alius humor,pro vt magis in corpore continetur,circumſiſtit, qui ſi in ventriculum deſcenderit,perturbat excrementa & rugitum in inteſtinis excitat, tandemq́ inde exit nullum magnum detrimentum excitans.Si vero non perueniat in ventriculum, alicubi in corpore conſiſtit,vbi maior eſt capacitas, voluitur itaq quærens ſibi locum:de hydrope itaque id quod poſt concreſcentiam iam dictá, ſeparatur,(ideo quod frigidiſsimum & grauiſsimum in corpore exiſtat) deorſum deſcé dit, ac circum oſſa & neruos tamdiu voluitur, donec corpus ad inflammationẽ perducat, atq ita hydrops humoré talem efficiens quam maxime circa neruos & ſſa conſiſtit. Oſſeæ enim corporis partes, quam maxime in homine rigent, ac pili in rectũ eriguntur, epidermide magis quá ante in ſe cõtracta & exiccata, propterea quod humor iſte aqueus inde diſcedat,atque oſsibus circumuoluatur,

ita fit vt partes illæ in quibus ante erat hu-
mor,nunc omni ſucco careant, atq; inde ri-
gor generetur. Alius vero humor,qui ę-
qualiter concreuit,per totum corpus diſper-
gitur,qui ſi paulo plus abundauerit interdũ
vẽtriculum occupat, quod ſi tum humor qui
moleſtat exiguus fuerit,aliquando ita in ven
triculum deſcendit vt non magnũ inde pro-
ueniat incommodum, aliquando febrẽ pror
ſus non adfert,aliquando exiguam & parum
lædentem, vtpote cum humor peccans cum
ſtercore exeat, Sed ſi vẽtriculus à vicioſo hu
more multum repletus fuerit, periculum eſt
ne morbus quidẽ inde proueniat,cum videli
cet humor peccãs pleurę vel cordi, vel aliu-
bi impactus, tandẽ calfiat ac perturbetur. In
quibus vero aqua à calore non multum ſupe
ratur,eo quod prope oſſa & medullam con-
ſiſtat,in his calor paulatim creſcit, ac primũ
in loco affecto conſiſtit, deinde ad vicina lo-
ca penetrat exindéque ſemper vltra progre
ditur donec ad ventriculum perueniat, qui
cum calidus exiſtit, tum & ſua natura pro-
pria & propter humorem peccantem magis
incaleſcit,humor craſſus calfactus diffundi-

tur

tur & humori vicioſo permiſcetur, tandem dum rigor accidit corpus propter humoris in interioribus concreſcentiam inanitur. Febris ergo eiuſmodi ita fit, quod vicioſus humor in aliquo loco impactus, à corpore calfacto, calorem concipiat poſtquam & humor peccans & ventriculus eſt excalfactus, humorq; aqueus victus, atque ita calor poſt frigus ſequitur, ſicubi copia humoris impacta fuerit. Sin vero voluatur ita fit. Poſt frigus calor circumambulat circum humorem peccantem, idque maxime circum ventriculum, nunc ſupra nunc infra, vbi videlicet eſt maxima capacitas, dumq; ita volutatur calfacit partes vicinas, inteſtina & ea quæ ſunt prope ventriculum, quin & alius humor diffuſus incaleſcit ac cum hydrope commiſcetur. Ita calor ſequitur poſt rigorem. Humor etiam peccans cum voluitur, in aliqua tandem corporis parte conſiſtit. His oſtendi quo modo rigor corpus lædens fiat, & quando, quomodo, quibúſque de cauſis febris, rigorem inſequatur. Quin & quæ ſint morborum principia & qualem morbum vnumquodque ipſorum producat. Similiter dictum eſt

quare morbi in diebus non paribus iudicen-
tur. Item propter quæ homines ſani conſer-
uentur, & propter quæ in morbos incidant,
nec non quomodo cholera & phlegma cre-
ſcant & diminuantur: tandem multa alia o-
ſtendi, quæ in hominis natura exiſtunt, quæ
omnia ſermo iã abſolutus complectitur, qui-
bus nunc finem imponimus. Nunc di-
cam de latis tineis ſeu lumbricis. Dico autẽ
illos generari in infante adhuc in vtero ma-
tris exiſtente, neq; enim (poſtquã ſemel fœ-
tus ex vtero matris egreſſus fuerit.) ſtercus
tamdiu in ventriculo manet, vt eo putrefa-
cto & retento animal eiuſmodi magnitudi-
nis generari poſsit. Quotidie enim homo,
quamdiu commoda valetudine fruitur, ex-
cernit ſtercus putridum pridie collectũ, neq;
tamen animal illud generatur, etiamſi quis
multorum dierũ ſpacio alui excrementa nõ
reiiciat. Sed plurima eiuſmodi animalia ge-
nerãtur fœtu adhuc in matrice exiſtente hoc
pacto. Quando ex lacte & ſanguine putrefa
cto copioſo & dulci exiſtente coagulum fer-
uens deſcendit, tum inde animal generatur,
& eodem plane modo rotundi lumbrices fi-
unt.

unt. Hoc ita se habere illud est nobis iudicio, quod mulieres statim iam natis infantibus, eiusmodi pharmaca quędã in os inserunt, per quæ stercus ipsum (aluo videlicet dilatata tãtum ac non adusta) excernatur: his assumptis multi infantium statim cum primo stercore tineas tam latas quam rotundas reiiciunt, quæ si non fuerint excretę sed in intestinis remanserint, rotundæ quidem tineæ alias pariunt, latæ vero minime: parere autem illas dicunt propterea, quod homines interdum cũ stercore reiiciunt tineas latas figura seminis cucumeris, quas quidam dicunt esse proles tinearum, id quod mihi secus videtur, neque enim ab vno animali tot de nouo generantur, neq; etiam in intestinis tanta est latitudo, vt alere partum possit, sed (meo iudicio) crescẽte puero, crescit etiam in intestino lũbricus ab his, quæ in ventriculum ingrediuntur, donec sua magnitudiue impleat capacitatem intestini, id quod quibusdam accidit in ipsa pubertate, aliis postmodum, aliis item paulo ante: cumq; iam æqualis intestino fuerit, adhuc crescit, tandem cum valde magnus euaserit, per aluum cum excrementis excernitur, ma-

gnitudine ſeminis cucumeris, ſæpe etiá maiori. Aliquibus etiam peregrinantibus aut alioqui defatigatis, poſtquam ventriculus incaluit, infra deſcendit, atq; extra inteſtinum rectum in quo nutritus fuerat, dependet, tandéq; aut omnino excernitur aut introrecedit. Quod vero res ita ſe habeat vt ego dico etiá illud nobis indicio eſt. Si quis hominem à tineis curare voluerit, dederitq; ei pharmacũ vel potionem, isq; forte bene ſe habeat, ac tineam in gyrum redactam excernat, patiens curatur: ſi vero poſt medicinam aſſumptá, tinea cito exeat, déque illa partes longitudine duorum aut trium cubitorum aut eo plus etiam ruptæ reiiciantur, longo tempore poſt, ſigna illa in excrementis non apparent, cum tempore tamen iterum creſcunt. Iſta teſtantur tineam non parere, ſed diſrumpi, quæ partes ruptæ figura referunt abraſiones albas inteſtinorum, id quod etiam indicant excrementa illa quæ alio atq; alio tempore reiiciuntur ſemen cucumeris præ ſe ferentia, cumq; homo eſt ieiunus tinea interdum ad epar aſſurgit, doloremq; excitat, interdũ etiam cum ita ad epar impetum facit, ex ore ſa

liua

liua effluit interdum non. Quibuſdam etiam cum impetuoſe ad epar prorumpit, vocem ipſam intercipit, ſimúlque ſputum copioſum cum impetu ex ore fluit, ſed paulo poſt vocem recipit ac rugitus quamplurimi in ventriculo accidunt, aliquando etiam dolor ad metaphrenũ vſq; peruenit ac iſthic figitur. Atque hęc quidem ſigna indicant, quod lata ſit tinea. Quin etiam illud verum eſt, quod qui talem beſtiolam habet, ſemper quidem vexetur, nunquam tamen viribus valde deſtituatur, ſed ſi ſemel in infirmitatem incidit, ægre valetudini priſtinę reſtituitur. tinea enim illa ſumit aliquid de his quæ in ventriculum ingrediuntur, quod ſi homo talia patiens certa ratione curetur, ſanus euadit, ſi eius curam & rationem non habuerint, ſua ſponte non liberatur, ac de morte quidem non eſt periculum, ſed ita tamen conſeneſcit. Hæc dixi de tinea vnde generetur, & de ſignis morbi huius.

De calculo.

PRincipium quidẽ huius morbi eſt à lacte,

cum

cum puer lac impurum ſugit, lac autem impurum generatur, quando nutrix vtitur cibo & potu impuro & phlegmatico, omnia enim quæ in ventriculum ingrediuntur, lactis ſubſtantiam intrant. Iam etiam iſta vera ſunt. Quando nutrix non fuerit ſana, ſed abũdet vel cholera vel melãcholia vel ſanguine aut phlegmate, malum lac puero generatur, vẽtriculus enim corpori communicat, ac plurimum quidem ad lactis conſtitutionem ingreditur, quodcunꝗ in corpore abundauerit. Et infans quando à nutrice ſugit lac non purũ, ſed cholericum, tum vt dixi laborat ac debilitatur, ac quamdiu ſugit lac impurum & inſanum tamdiu infans dolet. Quandoꝗ etiã ſugit puer lac non purum, ſed vel terreſtre vel phlegmaticum, puer enim habet venas, quæ de ventriculo ad veſicam tendunt, latas, intenſas ac attrahentes. Deſcenditꝗ à nutrice in ventriculum pueri talis potus, ſiue tale lac, quale à ventriculo nutricis attraxerit, ac omnino eiuſmodi, cuiuſmodi venæ in ventriculum pueri poſſunt detrudere, quod ſi quid in lacte fuerit impurum, id attractum, in veſica lapis fit, eodem plane modo, quo & aqua

immun-

immunda in calice aut vaſe quodam æneo agitata, poſtquam iterum conſtiterit, multũ fecis in medio fundi oſtendit: ita etiam in veſica vrina impura cum non emingitur, ſed in cauitatibus continetur, aut etiam præ nimio dolore nõ tráſit vias vrinarias, à crudo phlegmate cõgelatur. Phlegma enim commixtũ fecibus tanquam gluten fit, ac primum quidẽ tanquam ros quidam generatur, poſtea temporis proceſſu in arenulas tranſit, atq; ita augetur. Ac quod humidius quidem in conglutinatione exiſtit, id emingitur, feces vero quę in fundo ſubſiſtunt conſolidantur ac in lapidis formam degenerant. Nõ ſecus atq; ex lapidibus & terra combuſtis ferrum generatur nam cum primum in ignem coniiciuntur, lapides & terra ad ſe inuicem concreſcunt, mediante ſcoria: ſi vero ſecundo aut tertio in ignem conieceris, ſcoria ſeparata à ferro exit, atq; id ita factum manifeſte videre licet. Ferrum autem manet in igne ac concreſcit, conſolidatur atq; inſpiſſatur, eodem modo etiã de fece (poſtquam iá conglutinatio facta eſt) id quod colliquatum eſt emingitur. ipſa autẽ fex in ſeſe coit, conſolidatur ac condenſatur,

ſicut ferrum,tandem conſolidata ac concreta,nunc ſurſum nunc deorſum voluitur, atq; veſicam pungendo dolorem excitat: quin & dum fortiter veſicam ſcindit ac vulnerat,partes aliquas ab eadé aufert.Quando vero plus arenoſę materię colligitur quam excernitur, lapis concreſcit,atque hoc pacto fit à lacte in veſicam deſcendente. Interdum etiam fit calculus homine ipſo iam in pueritia aut aliqua alia ætate conſtituto,tumq; interdum dũ cupit mingere,ſubito viæ vrinarię intercipiuntur. Quod ſi puero iam adulto lapis generetur propter comeſtionem rerum terreſtrium dolor eum non infeſtat, niſi poſtquá tales cibos aſſumpſerit,atq; hęc quidem de his dicta ſufficiant.Signa vero morbus iſte quinque habet.Primo, cum vult mingere dolet. Secundo,vrina paulatim deſtillat tanquam ſtrãguria laborantibus. Tertio,vrina eſt ſanguinolenta , nimirum ideo quod veſica à calculo vulneretur. Quarto,veſica inflammationem patitur , & quamuis id ſit obſcurum tamen hoc indicat ſumma pars præputii . Quinto, interdum mingit arenoſa idq; propter cauſas à me dictas . aliquando etiam emingit lapides,

des,duos vel plures ex quibus aliqui ſunt par ui qui omnes eodem modo generantur, quo vnum generari diximus. Fiunt tamen duo lapides etiam iſto modo. Quando lapis vnus concretus ſua grauitate ad fundum veſicæ tendit, ſeparatur à reliquis arenulis, tumq́ ſi adhuc plures arenulæ accedant,& lapis eas propter grauitatem ac magnitudinem qua præditus eſt, ad ſe non recipiat, fit vt duo lapides fiant. Fiunt etiam plures lapides plane eodem pacto, qui cum voluútur ad ſe inuicem impingunt & abraduntur,túq́ arenulæ cum vrina exeunt, quamuis interdú etiam arenulæ in veſicam deſcendant,& non concreſcant. Sunt qui dicant potum in pulmonem deſcendere,atq́ inde in reliquum corpus,qui quidem in eo decipiuntur, quod nunc dicam. Quod videlicet pulmo cauitaté habeat,& cum eo fiſtula pulmonis ſit continua. Sed niſi pulmo ita cauus eſſet, & fiſtula cum eodem continuaretur, animalia vocem non emitterent. Sonũ etenim reddimus propterea quod pulmo concauus ſit & fiſtulam habeat annexam: ſonum vero reddunt articula-

Quod potus in uetriculũ, & nõ in pulmonẽ deſcendat.

culatum labia & lingua, ac de his quidem satis dixi vbi de peripneumonia à me scriptũ est. Cum illis vero pugnabo qui dicunt potũ in pulmonem descendere. Atq; res quidé ita se habet. Potus in ventriculum descendit & ex eo in reliquum corpus distribuitur. Iam vero vt rectius quæ dico intelligatis, ipsa rerum experientia ostendam, potum non in pulmonem, sed in ventriculum descendere, idq; eo pacto. Quod si potus in pulmonem descenderet, sine dubio homo pulmone repleto, nõ facile respiraret, neq; resonaret: nihil enim esset quod resonaret in pulmone cum plenus existeret, atq; ista quidem est vna demonstratio. Secundo si potus in pulmonem descenderet, cibi sicci existentes non æqualiter coquerentur, id quod secundum est argumentum. Tertio cum bibimus pharmaca purgantia, eadem per ventriculum exeunt. Quin & quarta illa ratio vera est, quod quęcunq; sunt pharmaca purgantia siue per superiora siue per inferiora siue per vtraq;, oĩa valde adurunt, & quæ ex illis sunt fortiora, si forsan tenerá corporis partem attigerint, eandem vulnerant. mitiora vero cutem quam contingunt alleui-

gant,

gant, iam ſi pharmacorum iſtorum aliquod in pulmonem deſcẽderet, ſine dubio magnũ quoddam malum inferret, dum vel phlegma ſolum à capite defluens, eũdem in exiguo tẽporis ſpacio exulceret. eſt enim pulmo membrum delicatum & rarum, cumq́ exulceratur homo propter multas cauſas male habet, vẽtriculus autem cum ſit membrum robuſtum, non ſecus atq; cutis à pharmaco non exulceratur. Nam in Lybia quidem quam plurimi cute beſtiarum pro veſtibus: ventriculis vero pro capſis vtuntur, eſt enim ventriculus res fortis. Quinto ſi homines vino rubro inebriati fuerint, per aluum ſimiliter rubicunda excernunt. Iſta per experientiam probantur.
Sexto qui allium comederunt, aut aliquid aliud valde olens, vrinam idem illud redolentem reddunt. Atq; hactenus quidem dicta, re ipſa demonſtrantur, nihilominus etiam conſideranda ſunt, quæ nunc dicam. Si quis Cyceonem bibat, aut farinam coctam vel ſimile quiddam ſorbeat, idq; in pulmonem ingrederetur, homo ne minimo quidem temporis ſpacio viueret, poſtea quam cum vel minimũ quiddam phlegmatis vel in pulmonem vel

in eius fiſtulam peruenerit, ſubito frequens ac fortis tuſsis cum conuulſione accidant. Iam vero vt quam maxime viuat homo Cyceoné bibens & farinam coctam ſorbendo aſſumẽs, certe dum ſorbitiones iſtæ coquerentur, viderentur ſequi in corpore maximi & vehementes calores cum labore maximo, non ſecus ac ſi rurſus excerni deberent, ſi in pulmonem prius peruenirent, iſtæ iam ſunt ſeptem demonſtrationes. Adhæc lac ipſum quo nam pacto poſſet nutrire infantes, ſi in pulmonem deſcenderet? Atque iſta quidem eſt alia demõſtratio. Hæc non ſcripſiſſem, niſi multi omnino perſuaſum tenerent potum in pulmonem peruenire, & neceſſe eſt, vt quę hominibus firmiter ſunt infixa, ea multis demonſtrationibus refellantur, ſi quis auditorem à priſtina opinione abducere, & ſuam illi perſuadere cupiat. Ac propterea potus non in pulmoné ſed in ventriculum peruenit, cui adhæret cõtinuo † ſtomachus ſemper patens ac hians, perq; eum idem potus deſcendit, ſtomachus etiam ſiue gula fiſtulæ pulmonis non ſecus atque folium hederæ ſubiacet, quin & pharynx ſe non ſubmitteret in deglutiendo potum

† ſτόμαχος .i. gula.

tum, si in ipsam potus descenderet, atque hęc quidem de his dicta sint. Nam potus in ventriculum descendit, qui postquam repletus est, splen ab eo trahens in venas distribuit, nec non in epiploum ac reliqua membra inferiora, vtpote scrotum, crura & pedes, cumq; morbus acciderit, multum aquę per ventrem excernitur, quin & cum bibit homo semper aliquid de potu ad splenem peruenit, ita autē se res in isto morbo habet, vt homo alias nō febricitet, nisi cum nimium siti vexetur. Tū enim ventriculus & vesica non iusto modo excrementa emittunt, neq; homo commoda victus ratione vtitur. Splen vero morbo affectus, de potu ex ventriculo attrahit, cumq; iā morbus factus est, scrotum intumescit, claiculæ, collum & pectus denudantur. nam morbus humorem in illis partibus contētum colliquefacit, inq; ventriculum deriuat, quin & omnia membra inferiora aqua replentur, vētriculus cibum non concoquens interdū valde constipatur, interdum fluit, vesica etiā non debito modo vrinam emittit, vt plurimū horror & tremor percipiūtur ī corpore, aliquādo etiam febris infestat, facies aliquibus inflatur

Signa hydropis.

aliqui-

aliquibus non, quibusdam etiam cū morbus diu durat, tibiæ rumpuntur & inde aqua effluit, accidunt vigiliæ, & infirmitas corporis, maxime vero circa lumbos, quando paulo plus comedit aut bibit splen dolet & respiratio fit crebrior. Ista sunt signa hydropis, estq; morbus iste circa ventriculum tantum, siue febris adsit, siue non, tumq; totus venter inferior fit magnus, crura inflantur ab aqua : superiores corporis partes extenuantur. Quibus vero morbus iste iam est factus familiaris, in his omnia ista signa sunt obscuriora, & in cruribus aqua non generatur, quin & labores sunt mitiores. Hydrops itaq; tantummodo circa ventriculum generatur propterea, quod cum ventriculus potu multū fuerit plenus, & per aluum ad inferiora nihil expellatur, necesse est vt illud quidquid est in venis ventriculo vicinis hæreat, vtpote cum neq; transpirationem habeat, neq; per superiora aut inferiora posit reiici, non secus ac si quis vas amplum angusti orificii subito inuertat, ac postea sensim ab osculo eius, operculum auferat, hoc facto nihil inde effluet, propterea quod non habeat euentationem ab aëre externo, & quod spi-

ſpiritus qui intus continetur aquam quominus effluat intercipiat, ſed ſi quis vas paulatim inclinauerit, aut fundum eius perforet, cito ſpiritus è vaſe exibit: quo exeunte ſequetur aqua. Ita etiã in hydrope ſe res habet, quãdo enim in principio morbi ſiue per ſuperiora ſiue per inferiora reſpiratio pateat, tum aqua in crura & pedes deſcendit, quod ſi non accidat, ſolummodo circa ventriculum voluitur. Hactenus de his dictum ſit. Accidit etiã hydrops mulieribus in matrice, tumq; eadem ſigna in ventriculo, cruribus & aliis corporis partibus percipiuntur, dixi autẽ de hoc morbo in libris de morbis mulierũ. Hæ ſunt tres ſpecies hydropis, quæ omnes cito fiunt & cito augentur, ſunt autem periculoſiores, ſi quãdo corpus ex alio morbo liquefactum, in talẽ tranſit tumq; ſi ſubito quem talis morbus inuadit, homo moritur, eo quod alio morbo præcedenti diu vexatus eſt, quod ſi aluus fluere incipiat, intelligens & loquens in continẽti moritur. Hæc dixi de hydrope vnde fiat, & quę ſigna habeat.

FINIS.

ERRATA.

Fol.2. uer.5.quid ἀχειρίν. *Fol.3. uer.3.ſeu. Fol.3. uer. 18. dele* ἀ. *Fol. 5. uer.10. dyſenteria. Fol 41 uer.12.exiſtente. Fol.58. uer.3 non ſecus atq; poſt &c. Fol.68 uer.7.inſtillabimus. Fol.69. in margine* τὸ μεταξύ. *Fol.70. uer.20 capitis. Fol.78 uer.3. accipias. Fol 80. uer.1.faſcias. Fol.80. uer. 19.radiis. Fol.89. uer.25.conſtitutio. Fol.107. uer.12.fauum Fol.108. uer.3.balneum. Fol.121. uer.12.ingurgitet. Fol.141. uer.19.laſeris. Fol 144. uer.20.indicant. Fol.152. uer.18. congium & in ſequentibus. Fol 159. uer.25 lege,ſimilis humor, humorē ſibi ſimilē,eodēq; mō creſcat & alitur neq; qcq̄ eorū quæ naſcuntur alteri aßimulatur niſi æqualem ac ſimilē humorē, &c. Fol.184. uer.13.factam. Fol.191. in margine.*λύκκτος. *Fol.196. uer.25.lumbricis.*